

CODICEM MANUSCRIPTUM

N. T. GRAECUM

EVANGELIORUM QUATUOR PARTEM

DIMIDIAM MAIOREM CONTINENTEM

IN BIBLIOTHECA REGIA BEROLINENSI PUBLICA

ASSERVATUM

DESCRIPSIT, CONTULIT, ANIMADVERSIONES ADIECIT

GEORGIUS THEOPHILUS PAPPELBAUM,

THEOLOGIAE DOCTOR, AD D. NICOLAI BEROLIN. ARCHIDIACONUS EMERITUS, ORDINIS AQUILAE RUBRAE CLASSIS III EQUES.

BEROLINI

IN OFFICINA LIBRARIA MAURERI

MDCCCXXIV.

PRAEFATIO.

Hisce pagellis Lectori benevolo collationem offero codicis tertii Msti Novi Testamenti graeci in bibliotheca Regia Berolinensi publica asservati. Non parum gavisus sum, cum foliis ejus nonnullis perlectis viderem, collatione accurata eum esse dignum; et sine mora, senectute non obstante, opus aggressus sum.

Ex Oriente eum attulit cum Msstis aliis orientalibus multis, in primis Persicis et Arabicis, anno 1803 in patriam redux Dominus Illustrissimus,

Liber Baro Guilielmus Ernestus de Knobelsdorff, in Regis Potentissimi nostri exercitu Dux ordinis altioris tertii (General-Lieutenant), Legati Regii munere per annos quatuordecim Constantinopoli functus. Inde Vir Meritissimus, literarum cultor et fautor assiduus, Academiae scientiarum Regiae Berolinensis socius, Aleppum misit virum doctissimum Uskow, coëmtum non sine magnis sumtibus Mssta orientalia, quorum partem potiorem Academiae Regiae scientiarum Berolinensi obtulit, et reliquam partem mortuo possessore anno 1820 Rex noster Clementissimus ab heredibus emtam bibliothecae Regiae publicae addidit.

Non sine cura et diligentia rem me gessisse testabuntur, spero, judi-

ces animo candido legentes. In primis dedi operam, ut plane, dilucide et perspicue expedirem omnia, quo eo facilius excitentur juvenes ingenui ad sacram colendam criticam, nostris adhuc temporibus a multis temere neglectam, spretam, improbatam, non sine detrimento accuratae solidaeque literarum divinarum scientiae.

Contuli codicem cum editione Gerhardi de Trajecto, cum qua codicem quoque Ravianum anno 1796, et codicem de Diez, post hujus obitum jam partem bibliothecae Regiae publicae nostrae, anno 1815 contuli. Nam editio Halensis, quae orphanotrophei impensis prodiit, facile parabilis in omnium fere tironum est manibus, et ipse ea usus sum inde ab

anno aetatis nono, et adhuc utor annum jam agens septuagesimum nonum, propter memoriam localem inde acquisitam, quae adjumenta non contemnenda affert inquirenti.

Hanc veniam petimusque damusque
vicissim.

Horat. A. p. v. 11.

Alter contulit Mssta Vindobonensia N. T. graeca cum textu codicis Lamb. I. ab ipso editi. Quis, quaeso, illi jure succenseat?

Experientia edoctus inquirendo codicem Ravianum, obtemperans legi scriptae a. Io. Aug. Ernesti, collegi et notavi praeter lectiones varias menda librarii et vitia et alia omnia vel minutissima, quae ab aliis codicum N. T. Msstorum collatoribus,

de Matthaei et Altero et Knittelio exceptis, sunt neglecta, ut artis periti de codicis indole rite possint judicare.

Criticorum antiquiorum inde ab Erasmo plane nullam, paucorum raro mentionem feci, ne tirones, in quorum usum has pagellas in primis conscripsi, scriptorum multitudine deterreantur.

Lectionibus variis apposui numerum codicum Wetstenii, Birchii, Griesbachii, de Matthaei et Knittelii, qui cum nostro concordant, et addidi codices Vindobonenses, duce Altero. Sed rogo, ne quis suspicetur, istis numeris significare me voluisse lectionum praestantiam ex solo codicum concordantium numero esse existimandam; cujus opinionis insimulavit me quidam colla-

tionem meam codicis de Diez recensens, nulla data a me occasione. Nam et in ea more meo nihil dijudicavi; retuli tantum quam accuratissime, quem morem his quoque pagellis observavi. Qui opinio frivola ista, immerito mihi tributa, in mentem venire potuisset mihi, qui anno 1766 Halae theologiae operam dans ex Wetstenii animadversionibus ad examen lectionum variarum, a Summe Reverendo Semlero eo anno editis jam didiceram, „lectionem plurium codi-„cum *caeteris paribus* esse praeferendam?" De recensentis erratis manifestis in ejus relatione verbum non addam, ne quis possit suspicari, par pari me velle referre, quod vitium nunquam fuit meum, neque senectutem maculabit.

Ubi codices Vindobonenses potiores decem, Lamb. 28. 29. 30. 31. 32. 33. Kollar. 4. 6. 9. et Forl. 15. cum nostro concordant, eos non semper notavi separatim, sed saepe brevitatis causa vel *decem omnes*, vel *omnes*. De quatuor codicibus Vindobonensibus aliis et Guelpherbytanis duobus, minora tantum fragmenta continentibus, eamque ob causam rarius notatis, legatur, quaeso, nota pag. 112. sq.

Quae fortasse alii de codicum familiis vel recensionibus addenda fuisse existiment, occasione data vel quaesita, silentio praeterii. Nondum exstant codicum collationes numeris omnibus absolutae, sine quibus, uti mihi videtur, codicum indolem veram certo scire nemo potest. Qui vero

jam habent codicum Msstorum N. T. graecorum familiarum vel recensionum notitiam, sine me detegere facile poterunt, cujus familiae vel recensionis codex sit noster, ex quo a me multo plura collecta inveniunt, quam ex Msstis codicibus aliis ab eorum collatoribus congesta sunt, quae iis jam videntur sufficere.

Neque apposui lectiones varias ex patribus et versionibus tam Orientis quam Occidentis. Causas, cur istae mihi non videntur in auxilium vocandae, jam exposui in praefatione collationi codicis de Diez praefixa pag. x sqq., quibus hic addam pauca de lectionibus variis ex versionibus haustis.

Versionum lectiones varias grae-

corum codicum lectionibus variis non esse aequiparandas negare nemo potest. Nam certo scimus, versiones nonnullas non ex fonte graeco, sed ex translationibus aliis esse derivatas; et de aliis non certum nobis est, an ex fonte graeco, eoque solo, vel adhibitis adjumentis aliis ortae sint. Et si concedatur, eas ex textu graeco solo esse derivatas, non omnis tollitur dubitatio de istarum versionum lectionibus, ab earum collectoribus notatis.

Qui plures ejusdem libri versiones vel in eandem vel in linguas plures inter se et cum textu originali contulit, fatebitur, posse ex iis colligi lectiones varias permultas, convertentium inscitia, negligentia, festinatione, praeconceptis opinionibus

etc. etc. ortas et creatas. De quo si quis praeter opinionem dubitet, eum rogo, ut conferat N. T. versiones germanicas nonnullas, quas summa fide ex textu graeco esse derivatas, improbatis et rejectis versionibus aliis, gloriantur earum auctores; e. g. Ioh. Iac. Iunckherrott, Ioh. Heinr. Reitz, Casp. Ernst Triller, Nic. Ludw. comes de Zinzendorf; et qui horum versiones admittere nolit, eligat alias a viris celeberrimis elaboratas, non deerunt lectiones variae a me dicta probantes.

Et qui convertendo ex alia lingua in aliam vel parum se exercuit, sine dubio expertus est, linguarum indolem tam esse diversam, ut versione servili, totidem verbis sive ad verba expressa, sensus non raro tur-

betur, obscuretur, deformetur, corrumpatur, et ad evitanda magna ista vitia saepe sequendum esse Horatii non insipientis consilium:

Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.

A. p. v. 133. sq.

Quis quaeso contendere audeat, translatores antiquiores Orientis et Occidentis difficultatibus omnibus istis fuisse pares, et nunquam humani aliquid passos; adeo ut eorum versiones textus originalis, quo utebantur, faciem quam accuratissime repraesentent? Ex quibus apparet, si ad voces singulas earumque ordinem spectemus, lectionibus variis ex versionibus collectis parum vel nihil effici, easque potissimum usum praebere iis locis,

ubi vel addita quaedam sunt vel omissa, si codices accesserint graeci. Et sane diligentia accuratissima et magna cautio adhibenda est ab iis, qui istis versionibus confisi lectiones varias congerunt et creant, ne sua faciant aliorum errata, et secum alios in errores inducant, quod turpe est critico, et evitari vix potest; conferatur pseudocritica Millio-Bengeliana a Bode edita. An vero lectionum variarum ex versionibus collectio quam accuratissima laboris plus quam fructus afferat, aliis dijudicandum relinquo.

Praeterea nostra aetate, cum tanta detecta sit codicum Msstorum N. T. graecorum copia, non idem ex versionibus adjumentum quaerendum mihi videtur, quod majores nostri codicibus

istis nondum gaudentes, inopia pressi, ab iis sperabant. Sed eo magis optandum, ut codicum Msstorum graecorum lectiones variae et reliqua notanda a viris et juvenibus ingenuis, aequis, ab omni partium studio alienis, hujus laboris non impatientibus summa cura colligantur. Tum demum posteris nostris licebit rectius et certius statuere de multis, quae nobis adhuc incerta sunt atque dubia.

Omnibus laborem istum non levem suscepturis idem opto, quod mihi seni contigit, summi numinis gratia singulari, beneficium, ut oculis non armatis opus peragere commode possint! Berolini, Idibus Octobris, MDCCCXXIII.

LECTOREM BENEVOLUM

ROGO, UT EXCUSET ET CORRIGAT SEQUENTIA, QUAE IRREPSERUNT, MENDA. OMNI CURA ADHIBITA NON OMNIA CAVET HUMANA NATURA.

---

pag. 29. lin. 9. pro Bengegelio, lege Bengelio.
— 32. l. 11. in nota, pro lectioncm, l. lectionem
— 47. inser. pro Maric, l. Marci
— 78. lin. ult. post Lamb. secundum adde 31.
— 221. l. 121.
— 125. v. 35. pro αγαλλιασθῆναι, l. ἀγαλλιασθῆναι

DESCRIPTIO CODICIS.

Constat codex foliis octoginta in quaterniones distinctis formae quartae. Species vel elegantia externa non plane neglecta. Membrana quidem est crassior, sed satis laevigata. Foliorum altitudo est digitorum 8., latitudo $6\frac{1}{2}$, paullulum minuenda, si codex veste nova induatur; columnarum altitudo digitorum $5\frac{1}{2}$, latitudo $3\frac{5}{8}$. Paginarum columnae omnes constant lineis 24. spatio aequali circino dimenso inter se distantibus. Margines superior, inferior, exterior, interior inter se sunt aequales. Atramentum non pallidum, egregium, ut legi omnia possint, foliis etiam iis, quae temporis injuria et casibus adversis aliis inquinata, et debita cura neglecta locis nonnullis detrita sunt.

Unde et per quem venit ad nos, exposui jam in praefatione. Sed de loco et tempore

quo scriptus est, et de ejus per omne tempus praeteritum possessoribus nullum indicium.

Forma literarum simillima est formis literarum speciminum seculi XII in palaeographia graeca de Montfaucon pag. 308, et bibliothecae Vallicellanae congregationis Oratorii Romani codicis C. 61. in Blanchini Evangel. quadrupl. P. I. Vol. II. pag. DXXVI; et codicis Urb. Vaticani signati n. 2, ibidem, loco ultimo tabulae VI. positae post pag. CDXCII, anno a creatione Adami 6636 juxta Graecorum supputationem scripti; qui numerus detractis seculis quindecim dat annum aerae christianae 5136. i. e. 1136.*) Quod si forte alii codicem nostrum revocare malint ad seculum XI, moti speciminibus in palaeogr. gr. de Montfaucon pag. 291 et 293, me non habebunt contradicentem. Fortasse non deerunt, qui eum ad seculum X referri posse existiment, cum formae literarum codicis a formis literarum speciminum l. c. pag. 279 parum deflectant.

Textus serie continua est scriptus, in quo litera uncialis nulla occurrit, exceptis iis, quae

*) Haec quindecim secula criminantur Graeci Iudaeos esse suffuratos aerae duarum priorum mundi aetatum ab orbe condito usque ad Abrahami vocationem e patria.

ante lineas minio ab alia manu adscriptae sunt, *) et Evangeliorum Matth. Marci et Ioannis litera prima.

Vocum distinctio vel intervalla scribae non curae fuerunt; interpunctio sensum saepissime turbat, et confusio vocalium *αι* et *ε*, *ε* et *η*, *η* et *υ*, *ει* et *ι*, *ι* et *η*, *ι* et *οι*, *ο* et *ω* est frequens, quae omnia sunt codicibus Msstis communia.

Accentus atque spiritus non desunt. Iota subscriptum non habet, neque adscriptum.

Abbreviationes non multae occurrunt, et omnes fere sunt tritae in codicibus Msstis pluribus obviae a Bern. de Montfaucon l. c. pag. 340 sq. notatae; nempe superposita lineola recta transversa θς, θεὸς; κς, κύριος; ις, ἰησοῦς; χς, χριστὸς; ανος, ἄνθρωπος; ιηλ, ἰσραὴλ; σηρ, σωτὴρ; ουνιος, οὐράνιος; πνα, πνεῦμα; πηρ, πατὴρ, μηρ, μήτηρ; υς, υἱὸς; ἰω, ἰωάννης; δαδ, δαυίδ, et *ο* in fine lineae deficiente spatio superne positum loco *ος*. Abbreviationes

*) Litera uncialis ante lineam non semper est vocis prima, saepe media, si vox lineae ultima deficiente spatio dirimenda linea sequente erat continuanda; e. g. Fol. 2. pag. a. lin. 9. 10. ὤς Πεφ; pag. b. seu versa, lin. 12. 13. μαλ Λον; fol. 3. pag. a. l. 10 et 11. ἐ Περάτησεν; fol. 4. pag. a. l. 13. 14. ὅ Τι; pag. b. l. 12. 13. ἀποστέλ Λω; fol. 6. pag. b. l. 17. 18. παρ Θένοις; fol. 8. pag. a. l. 5. 6. ἐπεσκέ Ψασθε; lin. 6. 7. ἄπο Κριθήσονται, pag. b. l. 8. 9. σί Μωνος. Quae iam sufficiant.

singulares sunt paucae, e. g. *καὶ*, et spatio in fine lineae deficiente tractus arbitrarius loco syllabae ultimae a quovis legente contextus ope facile explendae.

In textu conspiciuntur interdum inter lineas literae scriptae *αϱ* (*ἀϱχὴ*) *ἀϱξ* (*ἄϱξου*) *τε* (*τέλος*) *ὑπα* (*ὑπάντα*) *ὑπε* (*ὑπέϱβα* vel *ὑπεϱβαίνεται*), et crucis minoris signum, quibus designantur lectiones ecclesiasticae.

Inquinatus quidem est codex mendis librarii multis; quibus vero non imminuitur eius auctoritas, lectionibus praestantioribus posita et nixa, sed tantum proditur librarii inscitia, negligentia, festinatio etc. Quae vero vitia summa cura notavi omnia, ne suspicari quis possit, me ista consulto silentio dissimulasse in codicis honorem.

Margine superiore adscripta sunt minio ab alia, uti mihi videtur, manu, fortasse eadem quae minio apposuit inscriptiones Evangeliorum Matthaei, Marci et Ioannis et literas unciales ante lineas, Ammonii Alexandrini *κεφάλαια*, ab Erasmo et post eum ab aliis edita, et si capitula sunt breviora *κεφάλαιον* sequens margine inferiore;*) at margine exteriore notati

---

*) Sic leguntur *κεφάλαια* sequentia:
Fol. 37. pag. b marg. sup. *πεϱὶ μάϱθας καὶ μαϱίας.*
—— inf. *πεϱὶ πϱοσευχῆς.*

sunt numeris graecis canones Eusebii Neocaesariensis episcopi, quos Erasmus quoque apposuit in editionibus 2. 3. 4. 5. et seculo praeterito Millius, et nostro seculo Matthaei in editione N. T. secunda. Quorum canonum numeri omnes fere evanuerunt vel detriti sunt; sed qui detegi adhuc possunt, respondent numeris in Erasmi, Millii et Matthaei editionibus margine exteriore expressis.

Foliorum 80 numeri nuper sunt additi jussu Bibliothecarii Regii.

Sed satis de forma externa codicis continentis Evangeliorum quatuor fragmenta octo, quae sunt Evangeliorum quatuor pars maior dimidia.

I. Matth. I, 1—21. τέξεται δὲ υἱὸν Fol. 1.

II. Matth. VI, 12. καὶ ἄφες ἡμῖν — 32. χρήζετε τούτων ἁπάντων. ζη Fol. 2.

III. Matth. XXII. 26. ἕως τῶν ἑπτὰ usque ad Evangelii finem. Fol. 3—15.

Fol. 38. pag. b. m. s. περὶ τῆς ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπαράσης φώνην.
m. i. περὶ τῶν αἰτούντων σημεῖον.
39 — a. m. s. περὶ τοῦ Φαρισαίου τοῦ καλέσαντος τὸν ἰησοῦν.
m. i. περὶ τοῦ ταλανισμοῦ τῶν νομικῶν.
40 — b. m. s. περὶ τοῦ θέλοντος μερίσασθαι τὴν κληρονομίαν.
m. i. περὶ οὗ ηὐφόρησεν (sic!) ἡ χώρα πλουσίου, etc. etc.

IV. Marc. I, 1—V, 29. *ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς* Fol. 16—23.

V. Marc. IX, 21. *παιδιόθεν* — XIII, 12. *παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν* Fol. 24—31.

VI. Luc. VIII, 27. (*ὑπήν*) *τησεν αὐτῷ ἀνὴρ ἐκ τῆς πόλεως* usque ad finem Evangelii. Fol. 32—62.

VII. Io. I, 1—IX, 21. *αὐτὸς τὰ περὶ ἑαυτοῦ.* Fol. 63—78.

VIII. Io. XX. 15. *τι κλαίεις* usque ad finem Evangelii. Fol. 79. 80.

Non contemnendum esse codicem, testari mihi videntur lectiones eius variae multae, quas probarunt et in textum receperunt criticorum aetatis nostrae principes, quamvis rationibus ducti diversis.

'Ευαγγέλιον ἐκ τοῦ κατ' ματθ *).

FRAGMENTUM I.

CAP. I, 1—21. τέξεται δε υἱὸν.

v. 6. Σολομῶντα) σολομῶνα, cum codicibus aliis Wetstenii, Birchii, Matthaei 84. Adde ex Alteri collectione lectionum variarum codices Vindobonenses Lamb. 28. 30. (31.)

*) Haec inscriptio est vitiosa. Ejiciendae sunt voces ἐκ τοῦ. Homo imperitus, qui finito iam opere Evangeliis figuras minus elegantes et inscriptiones apposuit, et operi Ammonii κεφάλαια et literas unciales ante lineas adscripsit, confudit titulum Evangeliariorum cum Evangeliorum titulo. Quod non solum factum in nostro, sed in aliis etiam Msstis, ornamentis splendidis non sine impensa magna decoratis. In tironum gratiam apponam notam Matthaei in editione prima Evangelii Lucae pag. 46 sq. „Index: ἐκ τοῦ κατὰ λουκᾶν εὐαγγε-„λίου a. ἐκ τοῦ κατὰ λουκᾶν etc. (Utriusque codicis index „scriptus est auro, litterisque maiusculis, fortasse non

32. 33. Koll. 4. 6. (8.) 9.*) We. probat, Bengel, Griesbach 1. 2. et Matthaei 1. 2. in textum receperunt. Alter et Harwood ediderunt.

„ab iisdem scribis, qui euangelia scripserunt, sed a „pictore aliquo, fere eodem tamen, credo, tempore, „paullo tamen post. Hoc exinde colligo, quod plura „loca in euangeliis et epistolis Apostolorum offendi, „in quibus in principio versus littera maiuscula, quae „pingi debuisset, esset omissa. Id si ita est, isti indi-„ces ἐκ τοῦ κατὰ tribuendi sunt inscitiae pictorum, qui „indices euangeliariorum cum indicibus euangeliorum „confuderunt. Nam singulae pericopae euangeliario-„rum ita notantur, ἐκ τοῦ κατὰ ματθαῖον, ἐκ τοῦ κατὰ „μάρκον etc. Erat enim formula ista, ἐκ τοῦ κατὰ, in „ore et mente omnium, quod eam quotidie audiebant „in ecclesia recitari. Nemo ergo opinetur, ista ἐκ τοῦ „κατὰ notare fragmenta Evangeliorum recentiori tem-„pore inuicem inter se iuncta“).

Idem vitium est in inscriptione Evangeliorum Matthaei, Marci, Lucae, et Ioannis in codice Angelico I. Videas notas Birchii in principio horum evangeliorum et conferas ejusdem descriptionem hujus codicis prolegom. pag. XLVIII. et in aliis Evangeliorum codicibus. Inscriptio Evangelii Marci in codice nostro sine hoc vitio scripta, at in Evangelii Ioannis inscriptione iterum apparet.

*) Codices Vindobonenses Lamb. 31 et Koll. 8. a Birchio jam notatos uncinulis inclusi, ne bis numerentur, cum jam sint in numero codicum a me notato. Ubi uncinuli desunt, Bi. de codd. Vindobb. silet. Quem morem semper observabo. Observabo etiam, si lectiones codicis nostri variae occasionem praebent, ubi notata Birchii et Alteri ex codd. Vindobb. de locis iisdem non concordant, vel inter se pugnant.

11. μετοικεσίας) μετοικησίας, cum We. L. 1. 40. 72. Ev. 1. 7. 16. 17. Bi. silet. Mt. v. x.; adde Lamb. 33. Alter addit „et ita paullo post et alibi"; quod intelligendum est de huius capitis v. 12 et 17.; nam saepius haec vox in N. T. non occurrit.

12. μετοικεσίαν) μετοικησίαν, cum iisdem.

17. αἱ omittit cum We. 76. Bi. Havn. 3. Mt. x. — μετοικεσίας) μετοικησίας bis. Alter hic addit codicibus ad v. 11 notatis Koll. 4. ex correctione a manu prima loco secundo.

18. μνηστευθείσης) μνηστευθήσης.

20. ἐςιν) ἐςι.

FRAGMENTUM II.

Cap. VI. 12. καὶ ἄφες ἡμῖν — 32. ὅτι χρήζετε τούτων ἁπάντων. ζη

14. ἀφῆτε) ἀφεῖτε, at statim post. v. 15. rectius ἀφῆτε.

15. πατὴρ ὑμῶν) πατὴρ ἡμῶν. cum Mt. o; adde Lamb. 33. Koll. 9.

16. γίνεσθε) γίνεσθαι cum Koll. 9.

17. ἄλειψαι) ἄλειψον, cum We. D et Bi. Havn. 3. Harw. sic edidit ex D duce suo principe.

18. τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ) τῷ κρυπτῷ — ἐν τῷ φανερῷ omittit cum 105 aliis. We. probat, Bengel, Griesb. 1. 2. Mt. 1. 2. eiece-

runt, Alter et Harw. non ediderunt; adde codd. Lamb. 28. 29. 30. 32. Koll. 4. 6. 9. Forlos. 15. In uno tantum Vindob. Lamb. 31. est ἐν τῷ φανερῷ.

19. διορύσσουσι) διορρύσουσι.

20. διορύσσουσιν) διορρύσουσιν — κλέπτουσιν) κλεπτουσι.

24. δύνασθε) δύνασθαι — μαμμωνᾷ) μαμωνᾶ cum codd. 80. quibus adde Lamb. 28. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. (8.) 9. Forl. 15. We. prob. Bengel. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit.

25. ψυχῇ ὑμῶν) ψυχῆ ἡμῶν — τῷ σώματι) τὸ σώματι, sic!

26. ἐμβλέψατε) ἐμβλέψαται — θερίζουσιν) θερίζουσι.

27. προσθεῖναι) προσθῆναι cum Lamb. 31. et Koll. 9.

30. ἀμφιέννυσιν) ἀμφιέννυσι.

31. περιβαλώμεθα) περιβαλλώμεθα, cum We. 73. 90. et Mt. f. m. x. 8. 10.; adde Lamb. 28. Koll. 4. 6. 9. Alter sic edidit.

32. ὑμῶν) ἡμῶν, cum We. 9. adde Lamb. 32. 33. Koll. 4. 9.

FRAGMENTUM III.

Cap. XXII, 26. ἕως τῶν ἑπτὰ usque ad Evangelii finem.

28. ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή, omittit. Vox γυνή paulo antecedens fefellit scribam.

31. ἀνέγνωτε) ἀνέγνωται.

34. ἐφίμωσε) ἐφήμωσε cum Koll. 6. 8. Lamb. 31. addito ν in fine.

37. εἶπεν) ἔφη, cum 101 aliis, adde Koll. 4. 8. Mill et Wetst. probant, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit ex D. Birch ad hanc vocem notat Lamb. 33., sed Alter, qui εἶπεν ex codice Lamb. 1 edidit, et lectiones varias ad hunc codicem accommodavit, silet; ex quo conjicere licet, εἶπεν in eo legi, non ἔφη. — τῇ καρδίᾳ) καρδίᾳ, cum 29 aliis; adde Lamb. 28. Koll. 6 a prima manu et 9. Articuli omissio videtur probabilis Griesbachio 2; Mt. 1. 2. eum ejecit.

44. ὑποπόδιον) ὑποκάτω (sic!) cum 19 aliis, in quorum numero est Lamb. 31, a Birchio quoque notatus, sed sine accentu syllabae antepenultimae.

45. Δαβὶδ) addit ἐν πνεύματι, cum 31 aliis; adde Lamb. 28. 29. (31. 33.) Koll. 9. Alter et Harw. ediderunt.

46. ἐδύνατο) ἠδύνατο, cum 13 aliis, adde Lamb. 28. 29. 33. Koll. 9. Alter sic edidit. — ἐπερωτῆσαι) ἐπερωτίσαι.

CAP. XXIII.

3. ἂν) ἐὰν cum 36 aliis, adde Lamb. 29. 33. Koll. 4. 9. Birch. Lamb. 31. tribuit ἐὰν, sed Alter, qui ἂν edidit, silet; Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt ἐὰν — κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μη ποιεῖτε, omittit cum Wetst. 56. 58 et Mt. 10, cuius x haec verba habet in margine. ποιεῖτε repetitum fefellit scribas.

4. δεσμεύουσι γὰρ) βαστάζουσι, silent omnes. — τῶν ἀνθρώπων omittit cum Mt. 10. — θέλουσι) θέλωσι.

6. τε) γὰρ, cum Bi. Urb. 2. et Mt. 10. 6. 2. 9. η. ϱ. γ. — πρωτοκλισίαν) πρωτοκλησίαν cum We. G. 37. 38. 39. Bi. Havn. 1. 2. 3. Mt. f. v. 10. 2. 6. adde Koll. 8. 9.

8. ὁ χριστὸς omittit cum 17 aliis. Lamb. 31 a Birchio iam est notatus et a me numeratus. Mill. et Bengel probant omissionem. Griesb. 1. 2. ex textu eiecit. Harw. non edidit duce D. Mt. 1. 2. nihil mutavit.

9. ὁ πατὴρ ὑμῶν) ὑμῶν ὁ πατὴρ, cum Mt. c. 17. et Bi. Vat. 1209, (qui est We. et Gr. B.)

10. ὑμῶν omittit cum Wetst. 72. K. et Mt. a. o. m. 10.

11. ἔςαι) ἔστω, cum 27. aliis. Alter ex uno Lamb. 32 ad hanc lectionem notavit ἔσται

ὡς ὁ διάκονος omisso ὑμῶν, de qua lectione We. Bi. Gr. Mt. silent.
13 et 14. sunt transpositi, et δὲ post οὐαὶ ex versu 13 translatum est in versum 14. post ὀυὰι. Transpositi quoque sunt in We. codd. 59 et Mt. 23. omnibus; adde Vindob. Lamb. 28. 30. 31. 32. 33.*) Koll. 4. 6. 8. 9 et

---

*) Birch., cujus merita gratus agnosco, hic aliquid humani passus est. Dicit de hoc versu in editione quatuor Evangeliorum pag. 136. „Hic versus deest in codd. Vat. 1209." (We. et Gr. B.) „et Vindob. Lamb. 33." Sed Alter qui codicis Vindobonensis cujusque lectiones variantes serie continua separatim et accurate edidit, ex eodem codice refert, N. T. Vol. I. pag. 424 sq. sequentia.: „v. 13. Οὐαὶ δὲ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ „φάρισαῖοι, ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρα„νῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, „οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν. Οὐαὶ ὑμῖν, „γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς „οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, διὰ „τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα. Οὐαὶ ὑμῖν, γραμμα„τεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ) — cod. οὐαὶ δὲ ὑμῖν, „γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς „οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει, μακρὰ προσευχόμενοι, „διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα, οὐαὶ ὑμῖν, γραμ„ματεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν „τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρ„χεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους αφίετε εἰσελθεῖν· οὐαὶ ὑμῖν, „γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ." Ex quibus sole clarius apparet, hunc versum non deesse, sed tantum sic esse transpositum, ut v. 14 antecedat, et v. 13 eum sequatur.

Notanda mihi hic quoque videntur, quae Alter ex codice Lambecii 29. l. c. pag. 330 sq. retulit de transpositione huius vers. alia. Transcriptis ex cod. Lamb. 1.

Forlos. 15. Transpositionem probat Wetst. transposuerunt hos versus Mill. Birch. Mt. 1. 2. Griesb. 1. v. 14. ejecit anno 1777. Gr. 2. eundem in textum recepit apposito omissionis probabilis signo, et transposuit anno 1796; sed in comment. crit. in N. T. partic. II. pag. 11 sqq. anno 1811 uberius de h. l. disserens reliquit rem in medio, et lectori iudicium permisit; quibus omnibus Viri Venerandi studium indefatigabile veri reperiendi atque religio abunde probatur.

Hos versus duos transposuerunt quoque in suis editionibus D. Mace, cujus editio in Germania quam maxime rara cum versione anglica Londini prodiit 1727, sine edentis nomine cum notis et lectionibus variantibus; Goldhagen 1753; Harwood

---

in quo vulgaris est lectio, verbis ex v. 13. 14. *ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι* addit: „in codice deest. Sed ponitur eodem capite paullo inferius versu 15." — Ergo et in hoc codice v. 13. non deest, sed tantum sic transpositus, ut sequantur v. 14. 15. 13. textus vulgaris. De qua transpositione Mill, Bengel, Wetstenius, Birch, Griesbach, Matthaei plane silent. Fortasse hic cod. Vindob. est unicus, cujus scriba verbis *οὐαὶ ὑμῖν* etc. tam saepe recurrentibus deceptus, sic aberravit et errorem emendare voluit.

1776; Knappius 1791; Schott ed. 2. 1811. Paulus in comment. P. III. pag. 348 et 359 sqq. cf. etiam Kuinoel comment. in libros N. T. historicos Vol. I. pag. 624 sq.

15. ποιεῖτε) ποιῆται, sic!

16. ἐστιν) ἐστι — τοῦ ναοῦ) ναοῦ.

17. ἐστιν) ἐστι.

18. ἐὰν) ἂν cum 17 aliis, adde Lamb. 29. 31. Koll. 9. — οὐδὲν ἐστιν· ὃς δ᾽ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ omittit cum Koll. 9. qui vero praeter haec verba plura adhuc omittit usque ad verba: ἐν τῷ ναῷ v. 21.

19. τὸ ἁγιάζον) τὸ ἁγιάζων cum Koll. 4.

21. κατοικοῦντι) κατοικήσαντι cum 86 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. 8. Mill. et Wetst. probant. Bengel Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit.

23. ἀποδεκατοῦτε) ἀποδεκατοῦται.

24. καταπίνοντες) καταπείνοντες.

25. ἀκρασίας) ἀδικίας cum 125 aliis, adde Lamb. 28. 29. 30. (32. 33.) Koll. 4. 6. (8. 9.) Forlos. 15. Wetst. probat., Gr. 1. dat optionem lectori. Gr. 2 et Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit. Birch ad h. l. notat Lamb. 1. sed in Alteri editione, quae est codex Lamb. 1, est ἀκρασίας. Vol. I. pag. 69. lin. 7.

29. οἰκοδομεῖτε) οἰκοδομεῖται.

30. ἦμεν) ἤμεθα, bis, cum 49 aliis, adde Lamb. 28. 30. (31 a secunda manu) 32. (33.) Koll. 4. 8. 9., (sed in hoc secundum vitiose εἴμεθα,) et Forlos. 15. We. probat, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter edidit; Harw. edidit ημηθα bis. — κοινωνοὶ) κοινωνὶ.

31. ἑαυτοῖς) ἑαυτοὺς.

32. πληρώσατε) ἐπληρώσατε cum We. D. H. 61. 80. 88. Ev. 9. 22. Mt. n. 10.

34. διὰ τοῦτο addit λέγω ὑμῖν cum Mt. 10.

36. ὑμῖν addit ὅτι cum 119 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. (8. 9.) Forl. 15. Wetst. probat, Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter et Harw. ediderunt.

38. ἀφίεται) ἀφίετε cum Lamb. 31. Koll. 4. 8. 9.

39. ἂν omittit cum Bi. Escur. 6.

CAP. XXIV.

1. ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ) ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐπορεύετο, cum 18 aliis, in quorum numero est Lamb. 31. a Birchio notatus; sed Altero docente in isto codice est lectio mutilata ἀπὸ ἱε ἐπορεύετο, sed manus prima addidit ροῦ, ut sit ἀπὸ ἱέρου ἐπορεύετο. — Codicis nostri lectionem edidit Harwood

wood ex D. — προσῆλθον addit αὐτῷ cum 19 aliis. Alter edidit προσῆλθον, et silet.

2. πάντα ταῦτα) ταῦτα πάντα cum 37. aliis, adde Lamb. 28. 29. 31.*) 32. 33. Koll. 6. a prima manu, 8 et 9. Forlos. 15. Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter et Harw. edid.

3. ἔσται) ἔστε.

4. πλανήσῃ) πλανήσει.

6. μελλήσετε) μελλήσεται, cum Forlos. 15. et Koll. 8.

7. ἐπὶ ἔθνος) ἐπ' ἔθνος, cum We. C. 1. 72.

9. ἔσεσθε) ἔσεσθαι — πάντων ἐθνῶν) πάντων τῶν ἐθνῶν, cum 27. aliis, adde Lamb. 29. 30. 31. 32. 33. Koll. 4. 6. 8. 9. Forl. 15. We. probat, Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in

---

*) Ad hanc lectionem Birch non notavit Lamb. 31. qui cum Lamb. 1. habet ταῦτα πάντα docente Altero, qui ad h. l. nullam variantem ex eo retulit, licet notaverit lectionem vulgarem πάντα ταῦτα ex codd. Koll. 4 et Lamb. 30. et ex Koll. 6. lectionem a prima manu ταῦτα πάντα, additis verbis sequentibus: „Sed super ταῦτα „est β, et super πάντα est α a manu recentiori, ita ut „hoc ordine legendum sit: πάντα ταῦτα."

Ex eodem codice Lamb. 31. notavit Birch omissionem vocis μη posterioris in hoc versu, de qua Alter silet, licet hanc omissionem ex codd. Koll. 4. et Forl. 15. non neglexerit. Decidant Vindobonenses, qui codicem possunt inspicere. — Fortasse typographus codicem Lamb. 31. a Birchio loco suo notatum errore loco movit et corrector defuit officio.

textum receperunt; Alter, Harw. et Birch ediderunt.

16. ἐπὶ) εἰς cum 25 aliis, in quorum numero est Lamb. 31. a Bi. jam notatus.

17. τι) τὰ, cum 122 aliis, adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. (33.) Koll. 4. 6. 8. 9. Forl. 15. Mill. et Wetst. probant, Gr. 1. non spernit, Gr. 2. et Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter et Harw. ediderunt.

18. ὀπίσω omittit cum We. 63. Bi. Havn. 2. Mt. l. 10. z. habet in margine — τὰ ἱμάτια) τὸ ἱμάτιον cum 27. aliis, adde (Lamb. 31.) Koll. 6. a secunda manu.

20. δε omittit cum Wetst. uno, 64. — γένηται) γένητε — ὑμῶν) ἡμῶν, male! — ἐν omittit cum 103. aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 8. 9. Forl. 15. Mill. et Wetst. probant, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ex textu ejecerunt; Alter et Harw. non ediderunt.

22. ἐκολοβώθησαν) ἐκολοβόθησαν cum Mt. c. et Lamb. 31. — κολοβωθήσονται) κολοβοθήσονταί, cum Lamb. 31.

26. ταμείοις(ταμίοις cum Mt. b. x. 2. adde Lamb. 31.

29. ἀςέρες) αστέραις.

31. ἀποςελεῖ) ἀποςελλεῖ cum Koll. 8. 9. In Wetst. Ev. 13. mutato accentu ἀποςέλλει — ἐπισυνάξουσι) ἐπισυνάξει cum Mt. 10.

32. ἤδη) ἴδη cum Koll. 4. 9,
33. οὕτω) οὕτως, cum We. D, ex quo edidit Harw. adde Lamb. 28. 30. 31. 32. Koll. 4. 6. — θύραις) θυρ῾. sic! abbrev. spatio deficiente in fine lineae; quae signa etiam in Msstis aliis αις notant.
34. ὑμῖν) addit ὅτι, cum We. D. L. 1. 13. 69. et Mt. 10.
38. ταῖς secundum) ἐκείναις, cum We. D. Birchii Vat. 1209. et Mt. 10. — εἰσῆλθε) εἰσῆλθεν cum Lamb. 30. et Koll. 9.
39. ἕως addit οὗ, cum We. 39. 61. ex emendatione.
40. παραλαμβάνεται) παραλαμ|άνεται. Hujus vocis syllabae tres priores παραλαμ occupant ultimum locum lineae utimae folii 6. et tres posteriores spatio deficiente locum primum ejusdem folii lineae primae paginae sequentis versae. Literas unciales ante lineam adscribens hic, ut locis aliis, officio defuit; apponere debuisset literam B. Fortasse eum impedivit canonis Eusebiani numerus σξγ jam adscriptus.
41. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται. Hic versus totus deest. Deest quoque in We. 59. et in Koll. 8. in textu, in quo a prima manu in margine additus est. Omissionis causa in his sine dubio est ὁμοιοτέλευτον.

43. *ἤδει*) *ἤδη*.

45. *θεραπείας*) *οἰκετίας*, cum We. L. 33. 42. 63. Bi. Vat 1209. Mt. 10. Griesb. addidit 114. In codicibus nonnullis est *οἰκίας* ortum fortasse ex scribendi compendio. — *τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ*) *ἐν καιρῷ τὴν τροφὴν* cum Bi. Urb. 2. et Mt. 10.

49. *συνδούλους* addit *αὐτοῦ* cum 40 aliis, adde Lamb. 28. (31.) Koll. 4. 6. In textum recepit Gr. 1. 2. licet ipsi additamentum videatur minus probabile. Harw. edidit ex suo D.

CAP. XXV.

3. *ἑαυτῶν* prius) *αὑτῶν*, cum 56 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 31. 32. 33. Koll. 6. 8. 9. Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt, et Harw. edidit; Griesb. 2. et Alter ediderunt *αὑτῶν*.

6. *γέγονεν*) *γέγονε*.

9. *δὲ αἱ*) *δὲ καὶ αἱ*, cum Mt. 10. — *πωλοῦντας*) *πολοῦντας*, cum Koll. 9.

10. *αἱ ἕτοιμοι*) *ἕτοιμοι*, cum We. 44. 69. — *ἐκλείσθη*) *ἐκλήσθη*.

13. *ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται*, desunt. Desunt quoque in 23 aliis. Alter silet; Mill probat omissionem, Bengel decisionem relinquit lectori; Gr. 1. 2. ex textu ejecit. Harw. non edidit.

19. μετ' αὐτῶν λόγον) λόγον μετ' αὐτῶν, cum 17. aliis; adde Lamb. (31.) 33.

20. ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων) ὁ τὰ πέντε τάλαντα λέγει. Sic. fere Mt. 10. ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν λεγει.

21. δὲ omittit cum 40 aliis et Lamb. 31. a Birchio jam notato. Mill. probat omissionem, Gr. 1. 2. ex textu ejecit. Harw. non edidit.

26. ᾔδεις) ει ᾔδεις, cum We. 57. 64. 86. Ev. 16. Bi. Vat. 349. a prima manu, Mt. 10. b. Griesb. addidit 127 (qui est Bi. Vat. 349) Ev. 31. 32. Alter silet.

27. τραπεζίταις) τραπεζήταις, cum Koll. 8. — ἐκομισάμην) ἐκομησάμην.

29. καὶ ὃ ἔχει) καὶ δόκει ἔχειν. Lectio καὶ ὃ δόκει ἔχειν est codicum 46, neque dubito, quin articulus ὃ minio ante lineam sequentem adscribendus vel evanuerit, vel a scriba literas unciales addente omissus sit.

30. ἐκβάλλετε) ἐκβάλλεται.

31. καθίσει) καθήσει, cum Mt. c. e. x. adde Vindob. Koll. 8.

32. συναχθήσεται) συναχθήσονται, cum 53 aliis; adde Lamb. 29 (31) Koll. 6 a pr. manu et Koll. 7.

38. πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν; Totus versus

deest. Deest quoque in We. 45. 49. 59. 61. Fortasse πότε saepius repetitum fefellit scribas.

44. αὐτῷ omittit cum 103 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 6. 8. 9. Mill. et We. probant omissionem, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ex textu ejecerunt; Alter et Harw. non ediderunt.

45. ἐφ') ἐ in fine lineae quartae ab imo fol. 8 pag. 1. adsunt adhuc vestigia literae ante lineam sequentem scriptae, sine dubio literae φ; et vox sequens scripta est 'ὅσον, sic! cum apostropho literam praecedentem consonam postulante.

CAP. XXVI.

4. κρατήσωσι δόλῳ) δόλω κρατήσωσι, cum 81. aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 8. 9. Wetst. probat, Bengel, Gr. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter et Harw. ediderunt. — ἀποκτείνωσιν) ἀποκτείνωσι. cum Koll. 7.

7. προσῆλθεν) προσῆλθον.

9. τὸ μύρον, omittit cum West. A. D. L. 1. a pr. m. 61. 72. 102. Bi. Vat. 1209. Urb. 2. Mt. e. 10. Alter silet; Mill probat, Bengel non spernit. Gr. 1. 2. ex textu ejecit, Harw. non edidit.

12. τὸ μύρον τοῦτο) τοῦτο τὸ μύρον, cum Mt. 10.

15. εἶπε) εἶπεν, cum Lamb. 30. 31. 32. in quo ν est erasum, Forl. 15. Koll. 6. 7. 8.

18. ἔστιν) ἔστι, cum Lamb. 29. Koll. 4. 6. Forl. 15. Sic ediderunt Bengel, Alter ex Lamb. 1. Bi. Mt. 1.

20. δώδεκα addit μαθητῶν, cum 14 aliis, praeter quos adhuc notari potest unus Wetst. 106, qui vero post μαθητῶν addit αὐτοῦ, quod in nostro et 14 aliis notatis non est. Alter silet. Harw. edidit δώδεκα μαθητῶν.

24. ὁ μεν) ὁ μεν οὖν, cum We. D. et. Mt. 10. ϱ 6. 9. η. Bi. et Alter silent. Harw. sic edidit.

25. εἶπε) εἶπεν, cum Lamb. 30. 31. 32. eraso ν. Koll. 6. eraso ν, 7. Forl. 15.

26. εὐλογήσάς) εὐχαριστήσας, cum 116 aliis, adde Lamb. 29. 30. (31.) 32.* 33. Koll. 4. 6. a prima manu, 7. (8.) 9. Forlos. 15. Mill et Wetst. probant. Gr. non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit. Alter et Harw. ediderunt. —

Statim post εὐχαριστήσας pars ultima lineae 9 ab imo, fol. 9. pag. prim. et lineae tres sequentes rasuram sunt passae, in qua postea scripta sunt literis coarctatis et scribendi compendiis permultis verba sequentia vers. 26—29: ἔκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς και εἶπε· λάβετε φάγετε τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα μου· καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον,

καὶ εὐχαριςήσας ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων· πίετε ἐξ' αὐτοῦ πάντες τοῦτο γὰρ ἐςὶ τὸ αἷμα μου· τὸ τῆς καινῆς διαθήκης· τὸ περὶ πολλῶν εκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτίων. λέγω δε ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπάρτι ἐκ τοῦ γεν, omisso *τούτου* ante *τοῦ* — Vox *τούτου* deest etiam in We. 42. 61. Bi. Vat. 360 a pr. manu, et Havn. 3. et Mt. *ρ*. 6. 2. 9. *η*. *γ*. Alter silet.

31. *τὰ πρόβατα*) *τὰ δώδεκα*, silent omnes, sine dubio error scribae.

33. *εἰ καὶ πάντες*) omittit *καὶ* cum 77 aliis; adde Lamb. 29. (31.) 32. Koll. 6. 8. 9. Forl. 15. Mill et We. probant omissionem, Bengel non spernit, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejerunt ex textu *καὶ*. Harw. non edidit.

34. *τρὶς*) *τρεῖς*, cum Koll. 9.

35. *ὁμοίως καὶ*) *ὁμοίως δὲ καὶ*, cum 98 aliis; adde (Lamb. 31.) Koll. 6. 7. We. probat, Gr. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit.

36. *μαθηταῖς*) *μαθηταῖς αὐτοῦ*, cum 21 aliis; adde Koll. 7. Sic edidit Harw. ex D.

38. *αὐτοῖς*) *αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς*, cum 84 aliis; adde Koll. 4. 6. 7. 8. 9. We. probat, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit.

39. *προελθὼν*) *προσελθὼν*, cum 76. aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Forl. 15.

Koll. 4. 6. 7. 8. 9. Gr. 2. non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter et Harw. ediderunt.

40. γρηγορῆσαι) γρηγορεῖσαι.

42. δύναται) δύνατε — αὐτὸ) αὐτῶ.

43. εὑρίσκει) εὗρεν, cum 50 aliis; adde Lamb. (31) 33. Koll. 9. — βεβαρημένοι) βεβαρυμένοι, cum Lamb. 31. 33.

45. αὐτοῦ, omittit cum 15 aliis; adde Lamb. 31 — ἁμαρτωλῶν) ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, cum We. 38. 46. 50. 52. 68. Bi. Urb. 2. Mt. o. 10. Alter silet.

51. μάχαιραν) μάχαιρα, paullo post v. 52. recte.

52. ἀπολοῦνται) ἀποθανοῦνται, cum 111 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Forl. 15. Koll. 4. 6. 7. 8. 9. (In uno Vindob. Lamb. 31 est ἀπολοῦνται.) Bengel in Gnom. et Wetst. probant, Gr. 2. non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter et Harw. ediderunt.

53. ἢ δόκεις ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι) ἢ (δόκεις) ὅτι οὐ δοκεῖσαι, sic! Vocis inclusae δόκεις vel erasae vel detritae manifesta adsunt vestigia. Sine dubio dormitavit scriba.

54. πῶς) ὅπως, abbrev. in fine lineae spatio deficiente — οὕτω) οὕτως, cum Lamb. 28. 29. 30. 31. 52. Koll. 6. 7. 8. 9. Forl. 15.

55. διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ) ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων,

cum We. C. D. 62. 63. Bi. Urb. 2. Mt. k. p. r. ψ. 10. z.; adde Kollar. 6. ex correctione. Harw. edidit.

58. ἠκολέθει) ἠκολούθη, cum Lamb. 31. Koll. 9. — ἐκάθητο) ἐκάθιτο.

59. τὸ συνέδριον ὅλον) ὅλον τὸ συνέδριον, cum Mt. c. f. m. χ. 10. Wetst. et Alter silent; Griesbach notat: „ὅλον in aliis ante τὸ συνέδριον ponitur." — αὐτὸν θανατώσωσι) θανατώσουσιν αὐτὸν. Wetst. transpositionem probans ad hanc lectionem ex codd. 27. notavit: „αὐτὸν θανατώσωσι) θανατώσωσιν (vel θανατώσουσιν) αὐτὸν." Quis quaeso criticus vera et certa quaerens his acquieverit, cum non docuerit, quot codices et qui eorum θανατώσωσιν vel θανατώσουσιν habeant. Quid dissimulem me his frui non posse, frui nolle. Caeterum lectionem θανατώσωσιν αὐτὸν quae est in codd. Birchii septem, Matthaei viginti et Alteri duodecim omnibus excepto tantum uno Lamb. 31. Gr. 2. non spernit, Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt (omisso vero ν in 1) et Alter et Harw. ediderunt.

62. καταμαρτυροῦσιν) καταμαρτυροῦσι.

70. ἔμπροσθεν πάντων) ἔμπροσθεν αὐτῶν πάντων, cum 106 aliis; adde Lamb. 29. (31. 32.) Koll. 4. 7. Forl. 15. We. probat, Gr. 2. et Mt. 1. 2. in textum receperunt.

Harw. edidit αυτων, omisso πάντων. Bengelio minus firma videtur lectio cum additamento. Bi. ad h. l. notavit Lamb. 33. sed Alter silet, ex quo conjiciendum est, hujus codicis lectionem esse lectionem codicis Lamb. 1. ab eo editi, quem Bi. ad h. l. quoque minus recte notavit.

71. τοῖς ἐκεῖ. καὶ) αὐτοῖς. ἐκεῖ καὶ, cum 119 aliis; adde Lamb. 29. 30. (31. 32. 33) Forl. 15. Koll. 6. 7. 8. (9.) Mill et Wetst. probant. Gr. 1. 2. non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit. Harw. edidit.

74. καταναθεματίζειν) καταθεματίζειν, cum 149 aliis; adde Lamb. 1.* 28. 29. 30. (31. 32.) 33. Forl. 15. Koll. 4. 6. 7. 8. Unus tantum Vindob. Koll. 9 habet lectionem vulgarem, cui Bi. quidem tribuit codicis nostri lectionem, sed Alter silet. Mill et Wetst. probant, Bengel Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Harw. edidit.

75. τοῦ Ἰησοῦ) Ἰησοῦ, cum 39 aliis; adde Lamb. 30. We. probat articuli omissionem, quae Gr. 2. videtur probabilis; Bengel et Mt. 1. 2. ejecerunt articulum. Harw. non

---

*) Alter edidit quidem καταναθεματίζειν, sed in Lamb. 1 est καταθεματίζειν. Rejecit hanc vocem tanquam vitiosam in N. T. Vol. I. pag. 1197. Henr. Stephanus eam fictam esse affirmat in Thesauri graeci Tom. III. col. 1484. D.

edidit. — ἀλέκτορα) ἀλέκτωρα, cum Koll. 8. 9. — τρὶς) τρεῖς, cum Koll. 9.

CAP. XXVII.

1. τοῦ λαοῦ) omittit cum We. 10. 35. 62. 66. 83. Mt. 10. z. k. ψ. p, in quo est in margine notatum. Bi. et Alter silent.
2. αὐτὸν posterius) αὐτῷ. Omnes silent.
3. τοῖς posterius) omittit cum We. C. 60. 102. Bi. Havn. 3. Mt. 10. a. d. ω. h. Alter silet.
6. κορβανᾶν) κορβονᾶν, cum 28 aliis; adde Lamb. 29. (31) Koll. 4. 9.
12. τῶν posterius omittit cum 20 aliis, We. septem et Mt. tredecim. Bi. et Alter silent.
15. εἰώθει) εἰώθη, cum Forl. 15.
20. ἀπολέσωσιν) ἀπολέσωσι.
23. ἐποίησεν) ἐποίησε.
28. χλαμύδα) χλαμμύδα, solus.
31. ἐνέπαιξαν αὐτῷ) ἐνέπαιξαν αὐτὸν, cum We. 9. Bi. Urb. 2. Mt. c. b. e. adde Lamb. 33.
32. κυρηναῖον) κυριναῖον, cum Lamb. 31. 32. Koll. 4. We. Bi. Mt. silent.
33. ὅς ἐςι λεγόμενος) ὅ ἐςι λεγόμενον. ὅ cum 64 aliis, adde Lamb. 30. 31; λεγόμενον cum 21 aliis; lectio codicis nostri ὅ ἐςι λεγόμενον est in 17 aliis.
34. ὄξος) οἶνον, cum We. D. K. L. 1. 33. 69. 73. Bi. Vat. 1209. Ven. 10. Lamb. 39. Mt. 10. Gr. 114. Alter silet; Harw. edidit.

35. ἵνα πλήρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου. Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, omittit cum 149 aliis; adde Lamb. cod. membran. (1*) 15. 28. 29. 30. (32. 33.) Bi. add. Lamb. 39. Forl. 15. Koll. 4. 6. (8. 9.) Mill et Wetst. probant omissionem, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ex textu ejècerunt, Harw. non edidit. Bengegelio omissio minus firma videtur.

40. κατάβηθι) κατάβιθι.

41. πρεσβυτέρων) addit καὶ Φαρισαίων, cum 108 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Forl. 15. Koll. 4. 6. 8. 9. We. probat, Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter et Harw. ediderunt. Bengelio minus firmum videtur additamentum.

42. πιςεύσομεν) πιςεύσωμεν, cum 19 aliis; adde Lamb. 28. 30. 31. 33. Koll. 8. 9. — αὐτῷ) ἐπ' αὐτῷ, cum 106 aliis; adde Lamb. 15. 28. Koll. 8. 9. Forl. 15. We. probat, Bengel et Mt. 1. in textum receperunt, quod quoque fecit Gr. 1. 2. licet additamentum ipsi non videatur probabile. Harw. edidit ἐπ.**)

---

*) Haec verba in codice Lamb. 1, quoque sunt omissa, Alter ea editioni inseruit ex editione credo Erasmi. Vid. ejus editionis N. T. Vol. I., p. 1197.

**) Hic. Birch notavit Lamb. 32. 33. sed Alter, qui edidit πιςεύσομεν αὐτῷ, de 32 silet, et ex 33. notavit πιςεύσωμεν αὐτῷ, non ἐπ' αὐτῷ.

43. *νῦν* omittit cum 47 aliis; adde (Lamb. 33) Koll. 4. 9. Harw. non edidit. Mill. probat omissionem, quae Bengelio minus firma videtur.

44. *ὠνείδιζον*) *ὀνείδιζον* — *αὐτῷ* posterius) *αὐτὸν* cum 100 aliis; adde Lamb. 15. 28. 30. (31) 32. Koll. 4. 6. 8. Forl. 15. We. probat, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt. Harw. edidit.

47. *ἑϛώτων*) *ἑϛῶτες.*

49. *οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἡλίας σώσων αὐτὸν*) totum versum omittit cum Mt. 10. *ὁμοιοτέλευτον* scribas fefellit.

55. *ἐκεῖ*) *ἐκεῖ καὶ*, cum 30 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. Koll. 4. 6. 8. Forl. 15. Alter sic edidit. Harw. edidit *καὶ*, sed omisso *ἐκεῖ*. Lamb. 15. habet *καὶ* ex correctione, sed vocibus transpositis *καὶ γυναῖκες ἐκεῖ*.

58. *ᾐτήσατο*) *ᾐτίσατο* cnm Forlos. 15. *τότε ὁ*) *ὁ δὲ* cum Mt. a. d. 10. o. Koll. 9. *τὸ σῶμα* posterius omittit cum We. L. 1. 36. 37. 40. Bi. Vat. 1209. Mt. a. 10. o.

60. *λίθον μέγαν*) *λίθον μέγα*, cum Mt. x. 10; adde Lamb. 32. Koll. 8.

64. *τῆς τρίτης*) *τρίτης*, cum We. D. 73. 106. Bi. Vat. 360. Mt. x. 6. ρ 10. — *λαῷ*) *λαῷ ὅτι*, cum 20 aliis; adde Lamb. 29. Koll. 6.

65. *δὲ* omittit cum 49 aliis; adde Lamb. 31.

33. Koll. 4. Mill probat omissionem. Gr. 1. 2. ejecit ex textu. Harw. non edidit:

CAP. XXVIII.

8. αὐτοῦ omittit cum Mt. l. 10.
13. ἡμῶν κοιμωμένων) ὑμῶν κοιμωμένων. Male!
14. πείσομεν) πείσωμεν, cum 17 aliis; adde Lamb. 30. Koll. 8. 9. — ποιήσομεν) ποιήσωμεν, cum Mt. l. o. r. adde Lamb. 31. Koll. 7. 8. 9.
19. οὖν omittit cum 121 aliis; adde Lamb. 31, a Birchio quoque notatum. Mill et Wetst. probant omissionem, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt οὖν. Harw. edidit πορεύεσθε νῦν, quae est lectio codicis D et codicum latinorum.
Mt. ad v. 9. jam dicit: „non repugnab
si quis ita corrigat.“ Alter et hic edid
ἀνοιχθήσεται, at Harw. ἀνοιγήσεται.

11. εἰ) ἢ cum 80 aliis; adde (Lamb. 31.) Ko
4. We. probat. Bengel, Gr. 1. 2. Mt.
2. in textum receperunt.

13. ἀγαθὰ δέματα) δόματα ἀγαθὰ cum
aliis; adde Lamb. 28. 29. (30. 31.) 32. 3
Koll. (4. 6.) 9. Forl. 15. (Koll. 9 vitio
δώματα.) Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum r
ceperunt, Alter et Harw. ediderunt.

14. αὐτὸ) αὐτῷ, solus; confusio vocalium.
17. διαμερισθεῖσα) μερισθεῖσα, cum 15 aliis; adde Lamb. 29. 31. 32.
18. διεμερίσθη) ἐμερίσθη, cum We. C. 61. 80. Bi. Vat. 349. et Lamb. 31. Mt. a; adde Koll. 4.
19. ἐκβάλλουσι) ἐκβάλλωσι, silent.
21. καθωπλισμένος) καθοπλησμένος, sic! — φυλάσσῃ) φυλάσσει, cum We. D. 9. 57. Ev. 19. Bi. Vat. 1067. Urb. 2. Mt. x. 17. Addere forte licebit cod. Koll. 9. φυλάττει, propter ει, quae est lectio We. Ev. 18.
22. ἐπελθὼν) ἀπελθὼν, silent. — νικήσῃ) νικήσει, cum Mt. x; adde Lamb. 32. 33. Koll. 9. — διαδίδωσιν) διαδίδωσι, cum Lamb. 29. Sic Alter edidit; in codd. Vindobb. reliquis est διαδίδωσιν.
24. εὑρίσκον) εὑρίσκων, cum We. 40. 54. 69. Bi. Vatt. 354. 359. Mt. 10; adde Lamb. 31. et Koll. 9. — τὸν) ὸν, litera T ante lineam minio adscribenda negligentia scribae omissa.
25. ἐλθὸν) ἐλθὼν, cum We. D. 3. 61. 69. 72. 73. 74. Bi. Vat. 354. a pr. m. Lamb. 31; adde Koll. 9. Forl. 15.
26. πορεύεται) πορεύετε, cum Koll. 9. — εἰσελθόντα) ἐλθόντα, cum 32. aliis; adde Lamb. 28. 29. Forl. 15. Mill probat, Gr. 2. non spernit.

28. *εἶπε*) *εἶπεν*, cum Lamb. 29. 30 Koll. 6. sed *ν* est erasum in tribus omnibus; Alter edidit *εἶπεν*.

30. Ἰωνᾶς) *ὁ ἰωνᾶς*, cum Bi. Vat. 1209. Mt. x. Sic Alter edidit ex Lamb. 1. et cum ex codicibus Lambecii 28. 29. 30. 32. 33 et Koll. 9. lectionem variantem sine articulo non retulerit, quod non neglexit de reliquis, supponendum est, in his codd. sex esse *ὁ*.

31. Σολομῶντος) *σολομῶνος*, bis, cum 41 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31) 32. Koll. 4. (6.) Forl. 15. Gr. 1. non spernit. Bengel, Gr. 2 et Mt. 2. in textum receperunt. Alter et Harw. ediderunt.

32. Νινευΐ) *νινευῖται*, cum 54 aliis; quorum alii circumflexum alii acutum habent; adde Lamb. 29. (31.) 33. Koll. 9, Gr. 2. non spernit, Harw. edidit. — *ὅτι* addit *οὐκ*, cum Mt. 10, in quo *οὐ* — *μετενόησαν*) *ἐμετενόησαν*, solus.

33. *ἀλλὰ ἐπὶ*) *ἀλλ' ἐπὶ*, silent — *βλέπωσιν*) *βλέπωσι*, cum We. 44. 69. Bi. Ven. 10. Vat. 359. Urb. 2. Havn. 1. Sic Alter edidit ex Lamb. 1. In reliquis Vindobb. est *βλέπωσιν*; exc. Lamb. 31, in quo *βλέπουσιν*.

34. *φωτεινὸν*) *φωτινὸν*, silent — *ἐστιν* posterius) *ἐστι* — *καὶ* posterius omittit — *σκοτεινόν*)

σκοτινὸν ἐςι. Sic sine vitio Lamb. 28. et Forl. 15.

35. σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοι, σκότος ἐςίν. Totum versum omittit. Deest quoque in We. 57.

36. φωτεινὸν) φωτινὸν, bis — ἔχον) ἔχων, cum Mt. a; adde Koll. 4. — σκοτεινὸν) σκοτινὸν — φωτίζῃ) φωτίζει, cum We. E. 69. Bi. Vat. 360. Havn. 2. Mt. f; adde Lamb. 33. Koll. 9.

39. καθαρίζετε) καθαρίζεται, cum Koll. 9.

41. ἐςιν) ἐςι, cum Lamb. 28.

42. παρέρχεσθε) παρέρχεσθαι, silent.

44. ἐςι) ἐςαι — οἱ περιπατοῦντες, omittit οἱ cum 42 aliis; adde Lamb. 30. (31.) 33. Forl. 15. Omissio videtur Gr. 1. improbabilis, Gr. 2. probabilis, Beng. et Mt. ejecerunt οἱ, Harw. non edid. — οἴδασιν) οἴδασι.

46. φορτίζετε) φορτίζεται, cum Koll. 9.

49. ἐκδιώξουσιν) ἐκδιώξουσι. Sic edidit Alter, et sic sine dubio est in Lamb. 33. cum Alter ejus variantes recensendo sileat, et lectiones varias ex omnibus codicibus reliquis accurate referat.

50. ἐκζητηθῇ ἐκζητηθεῖ, silent.

51. ἀπὸ) καὶ, solus.

52. τοὺς εἰσερχομένους) τοῖς εἰσερχομένοις, solus.

53. 54. περὶ πλειόνων. Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ omittit cum Mt. 17. „Saltus ab αὐτὸν ad

αὐτὸν" dicit Matthaei, et non contradixerim.

CAP. XII.

1. *ἐπισυναχθεισῶν*) *ἐπισυναχθησῶν*, solus.
2. *ἐςιν*) *ἐςι*.
3. *ταμείοις*) *ταμίοις*, cum Mt. b. f. n. x. 10.
4. *ἀποκτεινόντων*) *ἀποκτενόντων*, cum 51 aliis; adde Lamb. 28. (31) 33. Koll. 9. We. probat. Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt. Alter et Harw. ediderunt. Birch tribuit Koll. 6. *ἀποκτενόντων*, sed Alter *ἀποκτέννοντων*, quae est codicum multorum aliorum lectio. Quis horum virorum, hic et locis aliis, de quibus non eadem referunt, erraverit, decidant, qui codicem possunt inspicere.
5. *φοβηθῆτε* prius) *φοβηθῆται*, at paullo ante v. 4 et statim in hoc versu bis rectius.
6. *ἐπιλελησμένον*) *ἐπιλελησμένων*, solus.
8. *ὁμολογήσῃ*) *ὁμολογήσει*, cum Mt. χ. m; adde Lamb. 32. Koll. 9.
9. *ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ*. Totus versus omissus cum We. 2. 59. Mt. d. o; adde Koll. 4. in quo vero a prima manu adscriptus est in margine literis rubris. Duplex *τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ* fefellit scribas.

10. τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι) το sic! δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι. solus.

11. προσφέρωσιν) προσφέρουσιν, cum We. E — ἀπολογήσησθε) ἀπολογήσασθε.

15. αὐτοῦ prius) αὐτῷ, cum 44 aliis; adde Lamb. 30. (31.) 32. Koll. 4. 6. Gr. 2. non spernit, Mt. 2. in textum recepit. — αὐτοῦ posterius) αὐτούς, solus, male.

16. ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου) ἄνθρωπος τινος πλουσίου, solus.

18. γεννήματα) γενήματα, cum 37 aliis; adde Lamb. 29. 32. Koll. 4. 6. 9. Gr. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt.

19. ἀναπαύου) ἀνάστα οὖν, solus.

20. ἄφρον) ἄφρων, cum We. A. D. Mt. b. Knitt b. Sic edidit Alter ex Lamb. 1, cum quo concordant Lamb. 30. 32. 33. Forl. 15. ex quibus lectionem variam ἄφρον non notavit, quod non neglexit de aliis.

24. ταμεῖον) ταμιεῖον, cum 19 aliis, in quorum numero est Lamb. 31. a Bi. jam notatus.

25. προσθεῖναι) προσθῆναι, cum Mt. x.

27. νήθει) νήθη, solus — λέγω δὲ) λέγω καὶ, solus.

28. εἰ δὲ) ἴδε, sic! solus.

29. πίητε) πίετε, cum Mt. d. m; adde Koll. 9. — μετεωρίζεσθε) μετεωρίζεσθαι, cum Forl. 15. — 30. χρῄζετε) χρῄζεται.

31. πάντα omittit cum 27 aliis; adde Lamb. 30. Koll. 4. Gr. 1. 2. omissio videtur probabilis, Harw. non edidit.

32. δοῦναι) τοῦ δοῦναι, cum Mt. 17. v. et p. in marg; adde Koll. 4.

36. ἀναλύσει) ἀναλύσῃ, cum 18 aliis, in quorum numero Lamb. 31. jam est a Bi. notatus, et Kn. b. Bengel decisionem lectori relinquit. Harw. edidit — ἐκ τῶν γαμῶν) ἐκ τὸν γάμον, sic! — αὐτῷ) αὐτοῦ.

38. οὕτω) οὕτως cum We. D. et 1. et Kn. a. b. Hic Harw. edidit οὕτω, Alter vero οὕτως, et nullam ex suis variantem notavit.

40. δοκεῖτε) δοκεῖται

42. θεραπείας) θεραπίας cum Kn. a. b.

45. εἴπῃ) εἴπει — ἄρξηται) ἄρξει. —

48. αἰτήσουσιν) ἀπαιτήσουσιν cum Mt. a. 10, in quibus vero loco αὐτὸν statim sequentis est αὐτῷ. ἀπαιτήσουσιν αὐτὸν est in codd. quindecim, We. et Bi. quorum tamen uterque de αὐτῷ silet. Harw. et Alter ediderunt ἀπαιτήσουσιν αὐτόν, quae lectio quoque est codd. Lamb. 30. 32. 33. Koll. 4. ex quibus Alter nullam a textu suo variantem refert. In Koll. 6 est αἰτήσουσιν αὐτῷ sed ῷ in rasura scriptum.

49. εἰ omittit cum Mt. o.

51. παρεγενόμην δοῦναι) δοῦναι παρεγενόμην, silent.

52. διαμεμερισμένοι) διαμερισμοὶ, solus.
53. ἐφ' υἱῷ) ἐπὶ υἱῶ, cum 24 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 31. 32. Koll. 4. 6. in quo ἐπὶ in rasura scriptum Gr. 2. non spernit, Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter edidit.
54. οὕτω) οὕτως —
55. καύσων) καύσον —
56. δοκιμάζετε) δοκιμάζεται, cum Lamb. 31.
57. ἀφ') ἐφ', cum Mt. o.
58. ὑπάγεις) ὑπάγης — ἐπ' ἄρχοντα) Υπάρχοντα, sic! Litera uncialis Υ ante lineam scripta est minio — πρὸς) εἰς, cum Mt. 17. — σε βάλλῃ) σε βάλῃ, cum 49 aliis; adde Lamb. 29. 30. a pr. m. (31.) 33. Koll. 4. (6.) Forl. 15. Praeterea βάλῃ est in aliis octo We. Bi. Mt. sed alio ordine βάλῃ σε, quod Bengel edidit; σε βάλῃ in textum receperunt Gr. 1. 2. Mt. 1. 2.
59. σοι addit ὅτι cum We. Colb. — τὸ ἔσχατον λεπτὸν) τὸν ἔσχατον λεπτὸν, cum 33 aliis; adde Forl. 15 et Lamb. 32. Harw. edidit τον εσχατον κοδραντην; duce D.

CAP. XIII.

1. ἀπαγγέλλοντες) ἀπαγγέλοντες, cum Koll. 9.
2. πεπόνθασιν) πεπόνθασι.
3. μὴ omittit; male! melius v. 5.

4. ἐφ' οὓς) ἐφ' οἷς, cum Koll. 6. a manu recentiore.

5. μετανοῆτε) μετανοεῖτε, cum Mt. x. — ἀπολεῖσθε) ἀπολεῖσθαι.

6. καρπὸν ζητῶν) ζητῶν καρπὸν, cum 47 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 33. Koll. (4.) 6. 9. Forl. 15. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter et Harw. ediderunt. — εὗρεν) εὗρε, silent.

7. ἱνατί) ἵνα μήκέτι sic! solus; ἵνα μη est in We. 5. et Bi. Urb. 2. — καταργεῖ) καταργῇ cum 20 aliis. Alter silet.

8. τοῦτο τὸ ἔτος) τὸ ἔτος τοῦτο; silent — κοπρίαν) κόπρια, cum 91 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. (Koll. 4. 6. 9.) Forl. 15. Mill. et We. probant, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter et Harw. ediderunt.

9. ποιήσῃ) ποιήσει, cum We. 9. 12. Mt. x. Koll. 9. — τὸ μέλλον) τὸν μέλλοντα — ἐκκόψεις) ἐκκόψης cum We. 9. 47. 70. Ev. 19. Bi. Havn. 2. Mt. k. p. adde Lamb. 30. 31. Koll. 4. 9. Forl. 15. Sic edidit Alter.

11. πνεῦμα ἔχουσα) ἔχουσα πνεῦμα, cum Mt. a — ἔτη) ἔτι.

12. Ἰησοῦς) σωτὴρ, et quidem abbrev. σῆρ.) silent.

13. ἀνωρθώθη) ἀνορθώθη, cum We. A. D. adde Lamb. 30. 32. In Lamb. est ἀνορθόθη.

14. εἰσὶν) εἰσὶ — θεραπεύεσθε) θεραπεύεσθαι; silent.

15. ὑποκριτά) ὑποκριταὶ, cum 55 aliis; adde Koll 6. Mill probat, Gr. 1. 2. non spernit. Beng. et Mt. 2. in textum receperunt. Harw. edidit. Birch ad hanc lectionem notavit Lamb. 31, sed Alter silet.

16. θυγατέρα) θυγατέραν, cum Lamb. 31, in quo ν punctis duobus notatum. — οὐκ ἔδει) οὐκ ἔτι —

17. κατησχύνοντο) κατισχύνοντο.

20. καὶ omittit cum 87 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15; in uno Lamb. 31. est καὶ, Altero docente. Mill. probat omissionem, quae Gr. 1. 2. videtur probabilis. Bengel et Mt. 1. 2. ejecerunt καὶ. Alter et Harw. non ediderunt.

21. ἐνέκρυψεν) ἔκρυψεν, cum 50 aliis; adde Lamb. (31) Koll. 6. ex correctione. (9.) Lamb. 33. in quo ἔκρυψε; Gr. 1. 2. non spernit ἔκρυψεν.

24. ἀγωνίζεσθε) ἀγωνίζεσθαι cum Forl. 15. — ἰσχύσουσιν) ἰσχύσουσι. Sic edidit Alter; sic etiam est in Vindd. codd. uno, Lamb. 33. in omnibus Vindobb. aliis est ἰσχύσουσιν. Silent alii.

25. ἀποκλείσῃ) ἀποκλείσει cum Mt. o. x. b;

adde Lamb. 33. Forl. 15 — *ἄρξησθε*) *ἄρξασθαι* — *ἐρεῖ*) *ἐν*, sic!

26. *ἄρξεσθε*) *ἄρξησθε*, cum 23 aliis; adde Lamb. 29. 33. Koll. 9. Forl. 15 — *ἐφάγομεν*) *ἐφάγωμεν*, cum Koll. 9.

27. *οἱ ἐργάται*) omittit *οἱ*, cum We. D. G. H L. 49. 72. Bi. Vat. 354. 1548. a pr. m Laur. VI. 34. Mt. c. v. adde Koll. 6. a pr manu, manus recentior addidit articulum.

28. *ἐκβαλλομένους*) *ἐκβαλωμένους*, silent.

29. *ἀπὸ βορρᾶ*) *βορρᾶν· ἀπὸ* deest in 55 aliis We. Bi. Mt. quibus addendi sunt decem Vindobb. ex quibus nullam variantem retulit Alter, qui *βορρᾶ* edidit, omisso *ἀπὸ*. We. probat omissionem, quae Gr. 1. 2. videtur probabilis. Bengel et Mt. 1. 2. ejecerunt *ἀπὸ*; neque Harw. edidit — At vero de *βορρᾶν* altum silentium. — *νότου*) *νότον*, sic — *ἀνακλιθήσονται*) *ἀνακληθήσονται* cum Mt. 10; adde Lamb. 31. a pr. manu, quae super primo *η* scripsit *ι*, Lamb. 33. Koll. 9.

30. Totus hic versus et sequentis verba prima) nempe: *καὶ ἰδοὺ, εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσι πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι. Ἐν αὐτῇ τῇ* scripta sunt literis compressis et scribendi compendiis in rasura lineae sextae pag. b, seu versae folii 43, eodem

eodem atramento, an ab eadem manu, aliis dijudicandum relinquo.

31. θέλει σε) θέλησαι, sic!

32. τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ) τῶ ἀλώπεκι ταύτη sic! — ἐκβάλλω) ἐκβάλω, silent. — ἐπιτελῶ) ἐπιτελεῖ, sic! solus.

33. ἐχομένῃ) ἐρχομένη, cum We. D. 69. Bi. Vatt. 359. 360. Urb. 2. Havn. 2. Mt. r. m. x. 11. adde Lamb. 33. Koll. 9. — ἐνδέχεται) ἐνδέχετε.

34. ἀποκτείνουσα) ἀποκτένουσα, cum 33 aliis; adde (Lamb. 31.) Koll. 9. Gr. 2. non spernit, Beng. et Mt. 1. 2. in textum receperunt. Birch ad h. l. notavit quoque Koll. 6, sed Alter silet. Est forte mendum typographicum; numeri 6 et 9. facile et saepius confunduntur. — νοσσιὰν) νοσιὰν cum Mt. a et Lamb. 30.

35. ἀφίεται) ἀφίετε, cum Koll. 9. — ἔρημος) omittit, cum 55 aliis; adde Lamb. 29. 30. (31. 32.) Koll. 4. (6.) Forl. 15. Mill probat, Bengel non spernit omissionem, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt. Alter et Harw. non ediderunt. — ἀμὴν δὲ λέγω) λέγω δὲ, cum 78 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Alter enim, qui λέγω δὲ edidit, omisso ἀμὴν, nullam ex ullo eorum variantem notavit. Mill λέγω δὲ probat, Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum

receperunt, Harw. edidit. — ἥξῃ) ἥξει, cum 21 aliis; adde Lamb. 28. Koll. 9.

CAP. XIV.

5. ὄνος) υἱὸς cum 100 aliis; adde Lamb. 30. 32. Forl. 15. We. probat, Gr. 1. 2. non spernit. Mt. 1. 2. in textum recepit. Harw. edidit. Et ad h. l. Bi. notavit Koll. 6, sed Alter silet. — ἐμπεσεῖται) ἐμπεσεῖτε.

7. κεκλημένους) κεκλιμένους, cum Lamb. 33. sic etiam versu

8. κεκλημένος) κεκλιμένος, solus.

9. δὸς τούτῳ) δὸς τουτο, sic! cum Lamb. 30 a prima manu, sed manus recentior emendavit, et Koll. 9.

10. κληθῆς) κλιθεὶς, duo vitia, paullo ante v. 8. rectius — ἀνάπεσον) ἀνάπεσε, cum 65 aliis; adde Lamb. 32. 33. Forl. 15. We. probat. Beng. et Mt. 1. 2. in textum receperunt. Harw. edidit. Gr. 1. 2. non spernit, sed edidit ἀνάπεσαι, quae est aliorum codicum lectio. Bi. ad lectionem cod. nostri notat Lamb. 31 et Koll. 6. sed Alter silet. — κεκληκὼς) κεκληκὸς — σε) σοι — εἴπῃ σοι) εἴπη συ, quod vitiosum non est, si interpunctionis signum ponatur post εἴπῃ, relato συ ad φίλε.

11) ὁ ταπεινῶν) ὁ ταπεινὸν.

12) καὶ prius omittit cum We. 73. 87. Mt.

17. v; adde Lamb. 30. — κεκληκότι) κεκλικότι — ποιῇς) ποιεῖς cum We. Ev. 19. Bi. Urb. 2. Havn. 2. adde Koll. 9. — δεῖπνον) δίπνον, paullo post v. 16 rectius. Cum hic locus non esset in lineae fine literae ν, apposuit scriba literae omissae signum.

13. ποιῇς) ποιεῖς, cum Mt. n. x; adde Lamb. 33. Koll. 9. — κάλει) κάλῃ.

15. ἄρτον) ἄριϛον cum 100 aliis; adde Lamb. 28. 30. (31. 32.) 33. Koll. 4. (6. 9.) Forl. 15. Mill. probat, Gr. 1. 2. non spernit. Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter edidit. In Lamb. 29 desunt verba: μακάριος, ὃς φάγεται ἄριστον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

17. ἔρχεσθε) ἔρχεσθαι, cum Mt. i. x. Knitt. a. — ἤδη) ἤδει — ἕτοιμά ἐϛι) ἑτοιμάσθη; silent omnes. Liceat hic apponere lectionem monstrosam cod. Koll. 9. ὅτι μά ἐϛιν.

26. πατέρα ἑαυτοῦ) πατέρα αὐτοῦ, cum 43 aliis; adde Lamb. 31. 32. Gr. 2. non spernit. Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt. Alter et Harw. ediderunt ἁυτοῦ, quae lectio docente Altero etiam est in Lamb. 28. 29. 30. 33. Koll. 4. 6. a prima manu, cui manus recentior praefixit ἑ, Koll. 9. Forl. 15.

28. θέλων) ὁ θέλων, cum 38 aliis; adde Lamb. 32. Koll. 4. — καθίσας) καθήσας cum Mt. 11. rectius statim post, v. 31.

29. *θεμέλιον* omittit, male! — *ἄρξωνται*) *ἄρξονται*, cum Koll. 9.
30. *οὗτος ὁ*) *ὁ τοιοῦτος*, silent.
31. *δυνατός ἐστιν*) *δυνατόν ἐστι*, cum Mt. r. — *ἐν δέκα*) *ἕνδεκα*, sic! — *τῷ*) *τῶν* — *ἐρχομένῳ*) *ἐρχομένων*.
32. *ἔτι*) *αἰτεῖ* — *αὐτοῦ πόῤῥω*) *πόῤῥω αὐτοῦ*, cum 33 aliis, adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Gr. 2. non sprevit, Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter edidit. — *ὄντος*) *ὄντως*.
33. *ὃς οὐκ* omittit, male! — *ὑπάρχουσιν*) *ὑπάρχουσι*. Sic edidit Alter et sic etiam sine dubio legitur in Lamb. 28. 29. de quibus Alter silet, *ὑπάρχουσιν* referens ex reliquis codd. Vindobb. Lamb. 30. 31. 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15.
35. *οὔτε* prius et posterius *οὔται* — *ἐστιν*) *ἐστι*.

CAP. XV.

2. *καὶ* prius omittit solus — *οὗτος*) *ὁ τοιοῦτος*, silent.
3. *πρὸς αὐτοὺς*) *πρὸς αὐτοῖς*. In We. 50 et Bi. Vat. 360. est quidem *αὐτοῖς*, at omisso *πρὸς*.
4. *ἐννενηκονταεννέα*) *ἐνενηκονταεννέα* cum 29 aliis; adde Lamb. 30. 32. Koll. 6. Forl. 15. In Lamb. 31. hic et v. 7. in voces duas divisum *ἐνενήκοντα ἐννέα*. Mt. 1. in tex-

tum recepit ἐνενηκονταεννέα — αὐτὸ) αὐτῶ, sic!

5. ἑαυτοῦ αὐτοῦ, cum 27 aliis; adde Lamb. 30. 31. 32. 33. Koll. 4. 6. in quo quidem est ἑαυτοῦ, sed ε punctis notatum, ut delendum.

6. συγχάρητε) συγχάριτε, silent.

7. οὕτω) οὕτως. Sic edidit Alter et nullam ex suis codd. Vindobb. variantem notavit. — ἐννενήκονταεννέα) ἐνενηκονταεννέα cum We. decem ab eo v. 4 notatis. (Bi. h. l. silet) et Mt. decem et septem; quibus 27 adde Vindobb. quinque v. 4 a me notatos Lamb. 30. 31. 32. Koll. 6. Forl. 15.

9. συγχάρητε) συγχάριται, sic! sic! — ἀπώλεσα) ἀπόλεσα.

10. οὕτω) οὕτως, sic edidit Alter, sic quoque est in Lamb. 28. 29. 30. 31. 32. 33. Koll. 4. 6. In Koll. 9. et Forl. 15. est οὔτω.

12. νεώτερος) νεότερος, silent — διεῖλεν) διῆλεν, silent.

13. νεώτερος) νεότερος — ζῶν omittit solus.

14. δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ) δαπανήσαντος δὲ αὐτὸν — ἤρξατο) ἤρξατο τοῦ cum We. A. M. 3. 9. 44. 65. 70. 72. 73. Ev. 20. Bi. Vat. 354. Mt. silet; adde Lamb. 31. Gr. notavit adhuc S. qui est Bi. Vat. 354. et 124, qui est Lamb. 31. et al. 8. Bengel non spernit, lectori decisionem relinquens.

16. ἐπεθύμει) ἐπεθύμη, silent — κερατίων) καιρατίων — ἤσθιον) ἴσθιον cum Lamb. 28.

17. πόσοι) πῶς οἱ, cum We. 14. 38. 42. 69. Bi. Vat. 360. Urb. 2. Laur. VI, 14. 15. 29. Vind. Koll. 9. Mt. c. 17. in posteriori πῶς οἰ — ἄρτων) ἄρτον; videtur fuisse ἄρτου, sed mutatum postea atramento vel fluido pallidiori. — λιμῷ omittit — ἀπόλλυμαι) ἀπόλλοιμαι, silent.

18. ἐνώπιον) ἐνώπι ὢν, sic; et quidem syllabae tres priores occupant lineae sextae locum ultimum, et septimae locum primum ν, cui alia manus fluido rubro adscripsit ante lineam literam ὢ, non uncialem, forma tamen paulo majore.

19. καὶ omittit cum 30 aliis; adde Lamb. 30. Mill et Bengel probant omissionem, Gr. 1. 2. ejecit. Harw. non edidit.

20. ἑαυτοῦ) αὐτοῦ, cum 38 aliis; adde Lamb. 28. 29. (31.) 33. Koll. 4. 9. Mt. 1. 2. in textum recepit. Alter edidit αὑτοῦ. — ἐσπλαγχνίσθη) ἐσπλαχνίσθη. Alter edidit ἐσπλαγνίσθη, et ex tribus, Lamb. 31. 32. Forl. 15. refert ἐσπλαγχνίσθη; de reliquis silet. In We. 3 et Mt. 10 est εὐσπλαγχνίσθη.

24. ἀπολωλὼς) ἀπολωλὸς, cum Koll. 4. Lamb. 31.

25. ἤγγισε) ἤγγισεν ἐν; ἤγγισεν edidit Alter, sic quoque est in Lamb. 31. et Koll. 9.

fuit etiam in Lamb. 30, ubi ν est erasum. — ἐν est in Bi. Havn. 3. uno. We. Gr. Mt. Alter silent.

27. ἀπέλαβεν) ἀπέλαβε, cum Lamb. 33. Koll. 9.

28. ὠργίσθη) ὀργίσθη cum Koll. 9.

29. πατρὶ) πατρὶ αὐτοῦ, cum 14 aliis; adde Lamb. 28. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. Forl. 15. Alter sic edidit.

30. ἦλθεν) ἦλθε — ἐστιν) ἐστι.

32. καὶ ἀπολωλὼς) καὶ ἀπολωλὸς, cum Koll. 4. 6. 9. Lamb. 31. Birch huic posteriori tribuit ω in syllaba ultima; est fortasse mendum typographicum. Alter ex eo retulit ἀπολωλὸς.

CAP. XVI.

1. καὶ prius omittit cum We. 64. 69. 87. Bi. Vat. 354. Havn. 2. Mt. o. 17. n. x. v; adde Lamb. 30.

2. δυνήσῃ) δυνήσει cum Koll. 9 — ἔτι) ἔτη. silent.

3. ἐπαιτεῖν) ἐπαιτῆν, silent.

4. δέξωνται) δέξονται, silent.

5. χρεωφειλετῶν) χρεοφειλετῶν, cum We. A. D. K. 72, Bi. Vat. 354. Mt. o. v. x.; Kn. a. χρεοφιλετων, et in eodem versu οφιλις, vitia duo; adde Koll. 4. in quo fuit a pr.

m. χρεωφειλετῶν, sed ω primi cornu alterum est erasum.

7. ἔπειτα addit τῷ cum We. D. 80. Bi. Urb. 2, in quo vero loco ἑτέρῳ legitur δευτέρῳ. Harw. edidit τῳ ἑτερῳ — εἶπε) εἶπεν, cum Lamb. 29. 30. 31. 32. Koll. 4. 6. Forl. 15. Kn. a. In Lamb. 29 et Koll. 6. ν est erasum. — σὺ δὲ πόσον ὀφειλεις; ὁ δὲ εἶπεν omittit cum D. male. Erroris causa ὁμοιοτέλευτον. Harw. non omisit.

8. ἀδικίας) διακονίας, silent omnes. — ἐποίησεν) ἐποίησε. — οἱ υἱοὶ) omittit οἱ cum We. 73. 80. Bi. Vat. 359. Mt. et Alter silent. — φρονιμώτεροι) φρονιμότεροι, cum Koll. 9.

9. In ἑαυτοῖς litera T ante lineam minio adscribenda neglecta. — δέξωνται) δέξονται, silent.

10. ἐςιν) ἐστι cum Lamb. 33.

11. ἐγένεσθε) ἐγίνεσθε, cum We. 69. Mt. o, adde Koll. 9. Alter sic edidit.

12. ἐγένεσθε) ἐγίνεσθε, cum We. 69 sed Mt. hic silet. Et hic Alter edidit ἐγίνεσθε, sed ad hunc versum ἐγένεσθε retulit ex codd. Vindobb. fere omnibus, etiam ex Koll. 9. exceptis Lamb. 28. 33.

13. μισήσει) μισεῖ, silent omnes.

15. ὑψηλὸν) ψηλὸν, male! — ἐςιν omittit cum 55 aliis; adde Lamb. 30. 33. Koll. 4. 9. Forl. 15; in Koll. 6 est quidem ἐςιν, sed

in rasura scriptum. Mill probat omissionem, Bengel et Gr. 1. 2. ejecerunt ἐςὶν, Harw. non edidit.

17. εὐκοπώτερον) εὐκοπότερον.

20. Λάζαρος) addit καὶ, silent omnes. — ἡλκωμένος) ἑλκόμενος, silent omnes; εἱλκωμένος est in We. A. D. L. Ev. 18. Bi. Vat. 1209. Havn. 2. Mt. c. b. x. Knitt. a; adde Lamb. 31. εἱλκώμενος.

21. τὰ ἕλκη) τὰ ἕλκει, sic!

22. τοῦ omittit, cum 48 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt, Alter et Harw. non ediderunt.

24. καταψύξῃ) καταψύξει, cum We. 11. 12. 52. Ev. 5. 19. Mt. o. m. — ὀδυνῶμαι) ὀδυνῶμε, confusio vocalium.

25. In εἶπε deest π. Litera uncialis Π ante lineam vel evanuit, vel a scriba neglecta.— ὅδε) ὧδε, cum 77 aliis; Lamb. 31. jam notavit Birch, sed de Lamb. 30. Koll. 6 et 9. quos hic etiam notavit, plane silet Alter. We. probat ὧδε. Gr. 1. 2. non sprevit, Mt. 1. 2. in textum recepit, Harw. edidit.

26. ἐντεῦθεν) ἔνθεν, cum 94. aliis; adde (Lamb. 31.) Koll. 6. Forl. 15. Mill et We. probant, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt. Harw. et hic secutus est

D, in quo neque ἐντεῦθεν neque ἔνθεν. — δύνωνται) δύνονται — διαπερῶσιν) διαπερῶσι; sic edidit Alter, sed ex omnibus decem Vindobb. notavit διαπερῶσιν.

29. λέγει addit δὲ, cum 27 aliis; adde Lamb. 28. 30. 32. — Ἀβραάμ) ὁ ἀβραὰμ, silent — τοὺς omittit, silent.

30. μετανοήσουσιν) μετανοήσουσι silent.

31. ἀκούουσιν) ακούουσι, sil.

CAP. XVII.

1. ἐςι) ἐςι τοῦ, cum 48 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. We. probat, Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. receperunt, Alter et Harw. ediderunt.

3. μετανοήσῃ) μετανοήσει, cum Mt. o; adde Lamb. 33. Koll. 9.

4. τῆς ἡμέρας secundum omittit cum We. D. L. Bi. Vat. 1209. — ἐπιςρέψῃ) ἐπιστρέψει cum Lamb. 31. Koll. 9. — ἐπὶ σε omittit cum 98 aliis; adde Lamb. 29. (31.) Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Mill et We. probant. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt.

7. ἀνάπεσαι) ἀνάπεσε cum 44 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Gr. 2. non spernit, Bengel, Mt. 1. 2. in textum receperunt. Harw. edidit.

8. σύ omittit, silent.

9. αὐτῷ omittit cum 96 aliis; adde Lamb. 30.

32. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Mill et We. probant, Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt, Harw. non edidit.

10. οὕτω) οὕτως cum Lamb. 29. 30. 31. 32. Koll. 4. 9. — ἀχρεῖοι) ἀχρίοι, solus — ὠφείλομεν ὀφείλομεν cum Bi. Vatt. 354. 359. Mt. c. f. i. n. v; adde Koll. 6.

14. ἐκαθαρίσθησαν) ἐκαθερίσθησαν cum We. A. L. 2. Bi. Havn. 2. Mt. silet.

16. εὐχαριςῶν αὐτῷ) εὐχαριστῶν αὐτὸν, solus.

17. ἐκαθαρίσθησαν) ἐκαθερίσθησαν, cum We. A. 2. 94. Bi. Havn. 2.

18. ἀλλογενής) ἀλογενὴς, silent.

20. ἐπερωτηθεὶς) ἐπερωτιθεὶς, cum Lamb. 30 a prima manu, sed manus recentior emendavit.

21. ἐροῦσιν) ἐροῦσι — ἢ omittit cum 14 aliis, adde Lamb. 28. 30. 33. Alter non edidit. — ἐςιν) ἐςι cum Lamb. 33.

22. ἐπιθυμήσετε) ἐπιθυμήσεται, solus.

23. ὑμῖν) ἡμῖν, male! — ἢ omittit cum 25 aliis; adde Lamb. 28. 30. 33. Alter et Harw. non ediderunt. Gr. 1. 2. omissio non videtur probabilis.

24. ὑπ' οὐρανὸν) ὑπ' οὐρανῶν solus. — καὶ omittit cum 55 aliis; adde Lamb. (31.) 33. Koll. 6. 9. Forl. 15. Mill probat, Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt. Harw. non edidit.

26. τοῦ Νῶε) νῶε, cum 40 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. We. prob. Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt τοῦ; Alter et Harw. non ediderunt.

33. ἀπολέσει) ἀπολέσαι, silent. — ἀπολέσῃ) ἀπολέσει, cum We. A. Ev. 19. Bi. Vat. 360. Urb. 2. Havn. 2. Mt. o — ζωογονήσει) ζωοποιήσει, cum We. 36. 38. 40. 50. 63. 87. Mt. a. 10. Bi. silet; adde Lamb. 29. Koll. 4.

34. ὁ εἷς) εἷς, cum 50 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt articulum, Alter et Harw. non ediderunt — παραληφθήσεται) παραλειφθήσεται, sed rectius statim post v. 35. παραληφθήσεται. Silent omnes.

35. ἡ μία) μία, omisso ἡ, cum 46 aliis; adde Lamb. 33. Articuli omissio Gr. 1. 2. videtur probabilis; Bengel et Mt. 1. 2. eum ejecerunt, Harw. non edidit.

36. Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται,) Totus versus deest. Deest quoque in We. triginta et quinque, Birchii undecim, Mt. quindecim, Knitt. b. quibus sexaginta duobus addendi sunt Griesb. L. 17. 114. 118. nam reliqui ab eo notati adnumerari non pos-

sunt, cum ab ante nominatis jam sint notati et a me numerati; adde adhuc Vindobb. Lamb. 29. 30. (qui versum 35 quoque omittit,) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Omissionem hujus versus Bengel non spernit, licet eum non ejecerit. We. probat omissionem, Mill. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. Birch et Schott ex textu hunc versum ejecerunt, Knapp uncinulis inclusit. Neque est in textu graeco editionis in terris nostris quam maxime rarae, quae sine editoris (D. Mace) nomine prodiit Londini 1729 in 8. maj. cum versione anglica et variantibus. Alter hunc versum edidit ex Vindob. Lamb. 1. et Harw. ex D. De editionibus N. T. graeci seculi XVI nihil dicam, licet plures ad manus sint, nihil de commentatoribus; sed silentio praeterire non possum, hunc versum quoque non esse in editionibus versionis germanicae B. Lutheri genuinis vel non mutatis; et Leandrum van Ess in versionis germanicae suae editione secunda, quae anno 1810 prodiit, hunc versum minus firmum uncinulis non curvis sed rectangulis inclusisse.*)

*) Idem observavit Vir meritissimus locis pluribus, criticis suspectis; e. g. Matth. 27, 35: ἵνα πληρωθῇ — κλῆρον; Luc. 9, 56: ὁ γὰρ υἱὸς — σῶσαι; Io. 5, 3. 4: ἐκδεχομένων — νοσήματι; Io. 8, 1—11: hist. de adultera: Ἰη-

CAP. XVIII.

1. δεῖν) δεῖ, solus — προσεύχεσθαι) προσεύχεσθε αὐτούς. προσεύχεσθε solus; αὐτοὺς cum 57 aliis adde Lamb. 28. (31.) 33. Koll. 4. (6.) 9. Harwood edidit.

3. τις omittit cum 69 aliis; adde Lamb. 32. 33. Koll. 4. 6. We. probat omissionem, Bengel Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ex textu ejecerunt. Harw. non edidit.

4. εἰ καὶ τὸν) ἱκετὸν, sic!

5. τὴν χήραν) τὴν χήρα, cum Koll. 9. Forl. 15. — ὑπωπιάζῃ) ὑποπιάζει, solus; ὑποπιάζῃ est in We. Bi. Mt. codd. 45; adde (Lamb. 31.) Koll. 6. 9. Forl. 15.

9. καὶ prius omittit cum 61 aliis; adde Lamb. 33. Koll. 6. Mill probat. Gr. 1. 2. omissio non videtur probabilis. Mt. 1. 2. ejecit ob consensum codicum Mosquensium fere omnium. — πεποιθότας) πεποιθώτας, silent. — καὶ posterius omittit cum We. 71. Bi. Urb. 2.

σοῦς δὲ — ἁμάρτανε; 1 Io. 5, 7. 8: ἐν τῷ οὐρανῷ — ἐν τῇ γῇ. At vero locis his omnibus in editione tertia a. 1716 uncinuli sunt rejecti, fortasse jussu vel monitu Superiorum Reverendissimorum sacrae criticae infestorum. Quando tandem osores criticae sacrae intelligent, sine ea fluctuare librorum sacrorum interpretationem cum omnibus inde derivandis!

11. οὗτος ὁ τελώνης) ὁ τελώνης οὗτως. Vitio excepto verba sic sunt transposita in We. A. Bi. Havn. 3. et Harw. edidit eo ordine.
12. νηστεύω) νηστεύων cum We. 59.
13. ςῆθος) στῖθος solus.
14. ἢ) ἤγαρ sic! ἤ γαρ est in 120 codd. aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. (6.) 9. Forl. 15. Mill et Wetst. prob. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. receperunt, Alter edidit. Harw. edidit ex D: ουτος δεδικαιωμενος αλλον (mend. typogr. μαλλον) παρ εκεινον τον Φαρισαιον.
21. εἶπε) εἶπεν cum Lamb. 31. 32. 33. Koll. 4. 9. Forl. 15. Kn. a. et tribus aliis Lamb. 29. 30. Koll. 6, in quibus ν est erasum. Alter sic edidit.
22. λείπει) λείπῃ. Magna hic est in codicibus confusio vocalium. Lamb. 33. habet λοιπῇ, Koll. 4. λύπῃ — ἀκολούθει) ἀκολούθῃ cum Koll. 9.
25. εὐκοπώτερον) εὐκοπότερον cum Koll. 9. — κάμηλον) κάμιλον, cum Bi. Vat. 354. 359. et Lamb. 31. Mt. in ed. 1. notat κάμιλλον ex g. in ed. 2. κάμιλον ex t.
27. εἶπε) εἶπεν, cum Lamb. 28. 30. 31. 33. Koll. 4. 6. Forl. 15. Kn. a. in Lamb. 29. ν est erasum.
28. ὁ Πέτρος) omittit ὁ, cum 38 aliis; adde Lamb. 29. 30. 33. Koll. 6. 9. Forl. 15.

Gr. 2. omissio non videtur probabilis; Beng. Mt. 1. 2. ejecerunt ὁ, Harw. non edidit.

32. καὶ ὑβρισθήσεται omittit cum We. D. L. 12. 16. 59. 91. Mt. c; adde Lamb. 30 — καὶ ἐμπτυσθήσεται omittit cum We. 12. 59. 80. 91. Knitt. a.

36. τοῦτο) τούτῳ, cum Koll. 9.

39. καὶ οἱ προάγοντες ἐπετίμων αὐτῷ ἵνα σιωπήσῃ. αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν· Υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με. Totus versus deest. Deest etiam in We. 57. Bi. Vat. 359. Urb. 2. Havn. 2. Mt. 17. Fortasse ὁμοιοτέλευτον seduxit scribas.

40. ἐπηρώτησεν) ἐπερώτησεν, silent omnes.

41. εἶπε) εἶπεν, cum Lamb. 29. 30. Koll. 6. in quibus postea ν est erasum, et Lamb 31. 32. Koll. 4. Forl. 15.

43. ἠκολούθει) ἠκολούθη, cum Koll. 9.

CAP. XIX.

4. προδραμὼν) προσδραμὼν, cum 15 aliis; adde Lamb. 28. — συκομορέαν) συκομωρέαν, cum 15 aliis; haec vox varie scripta in codicibus. Alter edidit συκομοραίαν; Harw. Birch Mt. 1. 2. συκομωραίαν, non sine auctoritate codicum.

5. κατάβηθι) κατάβιθι.

7. ἅπαντες) πάντες, cum 71 aliis; adde Lamb. 30.

30. 32. 33. Koll. 4. Beng. et Mt. 1. 2. in textum receperunt. Harw. edidit. Alter edidit ἅπαντες. Birch ad h. l. notat Lamb. 31, sed Alter ex eo retulit ἅπαντες διεγογγίζοντες.

8. ἡμίση) ἡμίσυ, cum We. A. 69. 71. Ev. 19; in Koll. 9. est ἥμισι, conf. vocalium. — μου) μοι, cum 14 aliis; adde Forl. 15. — ἐσυκοφάντησα) ἐσυκοφάντισα, cum Koll. 9.

9. ἐστιν) ἐστι cum Lamb. 33.

11. εἶναι) εἶναι εἰς, cum We. 53. 74. ex emend. 106. Bi. Vat. 359. Urb. 2. Mt. x; adde Koll. 9.

14. τοῦτον) τοῦ, omissa syllaba ultima τον.

15. εἶπε) εἶπεν. Sic edidit Alter, et cum εἶπε notaverit tantum ex Lamb. 32 et Koll. 9. reliqui codices Lamb. 28. 29. 30. 31. 33. Koll. 4. 6. Forl. 15. concordant cum Msto Lamb. 1. edito. In Lamb. 29. 30. et Koll. 6. ν est erasum.

16. προσειργάσατο) προσηργάσατο, cum We. A. D. 47. 106. Bi. Mt. Alter silent.

17. ἀγαθὲ δοῦλε) δοῦλε ἀγαθὲ, cum We. 1. 69. 72. Bi. Vat. 360. Urb. 2. Havn. 2. Mt. r. 17. — ἐπάνω δέκα πόλεων) δέκα πόλεων ἐπάνω, silent.

18. ἡ μνᾶ σου) ἡ μνᾶς σου, cum Mt. g. o. q. m. z. x; adde Lamb. 30. ex correctione, 32. Koll. 9.

19. *γίνου*) *γένου*, cum Lamb. 33.

20. *ἕτερος*) in fine lineae spatio deficiente haec vox abbreviata, scripto *ο* super *ρ* — *μνᾶ σου*) *μνᾶς σου* cum Mt. g. o. q. m. x. et z. ex correctione, adde Lamb. 32. Koll. 4. 9. In his tribus sine intervallo.

22. *ἤδεις*) *ἴδης*, silent. — *θερίζων*) *θερίζω*, cum We. D. Sic. edidit Harw. ex D, sed ex eodem quoque paulo ante *αιρω*. In nostro codice est *αἴρων*. Fortasse scriba in fine lineae deficiente spatio signum literae *ν* vocis *θερίζων* omisit negligentia.

23. *ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου*) *ἔδωκας μοι τὸ ἀργυριόν μου*, silent. — *αὐτὸ*) *αὐτω*, cum Mt. x.

24. *εἶπεν*) *εἶπε*, cum Lamb. 33.

27. *κατασφάξατε*) *κατασφάξετε* cum We. 69. Bi. Vat. 354. Mt. et Alter silent.

28. *καὶ εἰπὼν ταῦτα ἐπορεύετο ἔμπροσθεν* omittit; negligentia, subsequens *ἔμπροσθεν* scribam fefellit.

29. *Βηθανίαν*) *βιθανίαν*, silent.

30. *ἐκάθισε*) *ἐκάθησε*, cum Mt. 11, et Koll. 9. in quo *ἐκάθησεν*.

35. *ἤγαγον*) *ἀγαγὸν*, solus.

37. *ἤρξαντο*) *ἤρξατο*, cum We. D. 57. 61. 69. 73. Ev. 19. Bi. Havn. 2. Mt. v. q. l. f. adde Koll. 6. 9.

42. Vocis νῦν literae primae uncialis ante lineam adscribendae nullum vestigium.
43. ἡμέραι) αἱ ἡμέραι cum Mt. 11.
44. ἐδαφιοῦσί σε) ἐδαφιοῦσίν σε, cum Lamb. 30. a. pr. manu; postea ν est erasum, et Lamb. 31. — ἐπὶ λίθῳ) ἐπὶ λίθον, cum We. D. 1. 42. Bi. Vat. 360. Lamb. 31. Mt. c.
46. ἐςιν) ἐςι cum Lamb. 33.

CAP. XX.

1. ἀρχιερεῖς) ἱερεῖς cum 70 aliis; adde Lamb. 28. 30. 33. (Koll. 6.) Gr. 2. non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit.
3. ὑμᾶς κἀγὼ) κἀγὼ ὑμᾶς cum We. 69. Mt. 11.
5. οὖν omittit cum 49 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Mill probat omissionem, quae Gr. 2. non videtur probabilis, Mt. 1. 2. ejecit οὖν, Alter non edidit.
6. πεπεισμένος) πεπισμένος, solus.
7. εἰδέναι) ἰδέναι, solus.
9. πρὸς τὸν λαὸν λέγειν) λέγειν πρὸς τὸν λαὸν, cum Mt. d. Kn. b, adde Lamb. 29 — τις omittit cum 67 aliis; adde Koll. 9. Forl. 15. Mill et We. probant; Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt ex textu, Harw. non edidit.
10. δείραντες) δήραντες cum 18 aliis; adde

Lamb. 28. (31.) Koll. 9. In versu 11. est *δείραντες.*

15. *ἐκβαλόντες*) *ἐκβάλλοντες*, Koll. 9. *ἐκβαλλόντες.*

20. *ἐπιλάβωνται*) *ἐπιλάβονται*, cum Mt. o. x, et z supra *ω* — *λόγου*) *λογον* cum 15 aliis; adde Lamb. (31.) 33.

21. *καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' επ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ διδάσκεις*; omittit solus. *ὁμοιοτέλευτον* scribam fefellit.

25. *ἀπόδοτε*) *ἀπόδωτε* cum Koll. 9.

26. *αὐτοῦ* prius) *τοῦ* cum We. L. Bi. 1209.

28. *ἀποθάνῃ* bis) *ἀποθάνει* bis, cum Koll. 9. bis.

31. *ὡσαύτως*) *ὡσ αὕτως· ὡσ αὕτως.* Sic divisum. prius et secundum. *ὡσαύτως. ὡσαύτως* est in 49 aliis; adde Lamb. 28. 30. 32. Koll. 6. 9. Forl. 15. Bengel decisionem lectori relinquit, Mill probat, Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter edidit. — *κατέλιπον*) *κατέλιπαν*, solus.

32. *δὲ* omittit, cum 28 aliis, in quorum numero est Lamb. 31. a Birchio jam notatus; adde Koll. 6. Mill. probat omissionem, quae Gr. 1. 2. non videtur probabilis. En totum versum, qualem edidit Harw. sequens codicem D. *ὕστερον και ἡ γυνη απεθανεν.*

34. εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς) ὁ ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, cum Mt. x. 11.
36. ἰσάγγελοι) οἱσάγγελοι, solus — Alter edidit ὡς ἄγγελοι, quae est lectio cod. We. 48. Bi. Urb. 2. adde Lamb. 29. 33. Sic legitur Mt. 22, 30. et Marc. 12, 25.
38. ζώντων) ζόντων, silent — ζῶσιν) ζῶσι.
39. γραμματέων) γραμματαίων, cum Koll. 9. et Kn. a.
40. ἐτόλμων) ἐτόλμουν, cum We. 69. Bi. Mt. Alter silent.
42. αὐτὸς) οὗτος silent.
44. ἐςιν) ἐςι cum Lamb. 33. et 30 in quo ν postea est erasum.
47. μακρὰ) μακρὰν, cum We. A. a prima manu et L et Mt. d. — λήψονται) λείψονται, solus.

CAP. XXI.

1. εἶδε) ἴδε cum Mt. v. b, Kn. a. in quibus ἴδεν; statim post. v. 2 rectius εἶδε in nostro.
2. καὶ τινα) τινα καὶ cum 40 aliis; adde Lamb. 29. 30. 33. Koll. 4. Bengel et Mt. 1. 2. in textum receperunt — χήραν) χήρα, silent — πενιχρὰν) πενηχρὰν, cum Mt. f. in quo πενηχρᾶν. Alter edidit πενηχρὰν, sic etiam in Lamb. 28. 29. 30. 31. 33. Koll. 9. Forl. 15. ex quibus Alter nullam variantem notavit, quod non neglexit de aliis.

3. *ἔβαλεν*) *ἔβαλε.*

5. *κεκόσμηται*) *κεκόσμητε.*

7. *μέλλῃ*) *μέλλει*, cum We. 1. 69. Bi. Vat. 360. Urb. 2. Mt. 0; adde Lamb. 31. 33. Koll. 9.

8. O᾽ prius deest; haec litera uncialis ante lineam apponenda vel evanuit, vel scriba est ejus oblitus. — *εἶπε*) *εἶπεν*, cum Kn. b. Lamb. 29. 30, eraso *ν*, 31. 32. Koll. 4. 6. eraso *ν*. Forl. 15. Alter sic edidit. — *ἤγγικε*) *ἤγγικεν*, cum Lamb. 30 a pr. manu, postea *ν* erasum, 31. 32. Koll. 9. Forl. 15.

11. *ἀπ᾽ οὐρανοῦ μεγάλα*) *μεγάλα· ἀπ᾽ οὐρανοῦ μεγάλα.* Sic solus noster. In aliis codicibus semel tantum est *μεγάλα*, vel ante vel post *οὐρανοῦ*, vel alio loco positum. Alter edidit: *φόβητρά τε μεγάλα καὶ σημεῖα ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἔςαι*, ex codice Lamb. 1. Harw. *φοβητρα τε και σημεια μεγαλα απ ουρανου εσται.*

12. *ἁπάντων*) *πάντων*, cum 46 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. Forl. 15. Beng. et Gr. 2. in textum receperunt. Alter et Harw. ediderunt — *ἀγομένους*) *ἀγωμένους*, solus.

13. *ὑμῖν* omittit solus.

16. *καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων*) *καὶ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ ἀδελφῶν*, cum 41 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll.

4. 6. 9. Forlos. 15. Unus tantum Vindobonensium, Lamb. 31, habet lectionem vulgarem. Mt. 1. 2. in textum recepit lectionem codicis nostri, quam Alter quoque ex Lamb. 1. edidit.

18. *ὑμῶν*) *αὐτῶν* silent — *ἀπόληται*) *ἀπώληται*, cum Koll. 6.

19. *κτήσασθε*) *κτίσασθε*, cum Koll. 9.

22. *πληρωθῆναι*) *πλησθῆναι*, cum 47 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. 32. 33. Koll. 4. 6. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum receperunt, Alter et Harw. ediderunt.

25. *ἀπορίᾳ*) *ἀπορείᾳ*, silent.

26. *ἀποψυχόντων*) *ἀπὸ ψυχῶν τῶν*, sic!!!

28. *γίνεσθαι*) *γίνεσθε*.

30. *προβάλωσιν*) *προβάλωσι*, cum Lamb. 33.— *ἀφ' ἑαυτῶν*) *ἐφ' ἑαυτῶν*, silent. — *ἤδη* posterius omittit cum We. K. 49. 57. 72. Bi. Vat. 360. Alter silet. — *ἐστιν*) *ἐστι*.

34. *βαρυνθῶσιν*) *βαρυθῶσιν* cum We. 66. 72. Alter edidit *βαρηθῶσιν*; quae est lectio codicum 68, (quibus adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32. Koll. (4.) 6. Forl. 15.) a Millio et We. probata et a Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. in textum recepta. In Lamb. 33. et Koll. 9. est *βαρυνθῶσιν*, sic etiam Harw. edidit. Magna est in hac voce vocalium confusio. In Mt. h. est *βαριθῶσιν*, in x *βαρειθῶσιν* — *κραιπάλῃ*) *κρεπάλῃ*, cum Koll. 9.

35. ἐπελεύσεται) ἐλεύσεται, cum We. 67. 69. Bi. Havn. 2. Mt. χ. Alter silet.

36. ταῦτα) omittit cum 78 aliis; adde Lamb. 28. 29. (31.) 32. 33. Koll. 6. 9. Forl. 15. Mill probat; Gr. 2. non probabilis videtur omissio; Mt. 1. 2. ejecit ex textu. Alter edidit lectionem vulgarem ταῦτα πάντα. Harw. transposuit παντα ταυτα.

CAP. XXII.

3. ὁ omittit cum 28 aliis; adde Lamb. 29. 30. (31.) 32. 33. Koll. 4. 6. 9. Forl. 15. Beng. et Gr. 1. 2. ex textu ejecerunt, Alter et Harw. non ediderunt.

6. ἐξωμολόγησε) ἐξομολόγησε, cum Lamb. 31, in quo in fine additum ν. Koll. 9.

7. ἡ ἡμέρα) τῇ ἡμέρα, silent.

9. ἑτοιμάσωμεν) addit σοι, cum We. D. Mt. 10. 11. Knitt. a. Bi. Vat. 1209. addit σοι φαγεῖν τὸ πάσχα. Harw. edidit σοι ex D.

11. ἐρεῖτε) ἐρεῖται, solus.

12. ἀνώγεον) ἀνώγαιον, cum 20 aliis; adde Lamb. 32. Koll. 6. Forl. 15. Variae sunt hujus vocis formae in codicibus: ἀνώγεον, ἀνωγαίον, ἀνώγεων, ἀνόγαιον, ἀνάγαιον, ἀνάγεον. Bengel in textum recepit ἀνώγαιον, Alter et Mt. 1. 2. lectionem vulgarem ἀνώγεον; Gr. 1. 2. et Harw. ἀνάγαιον.

17. ἑαυτοῖς) αὐτοῖς, solus. Fortasse vocis prae-

cedentis διαμερίσατε litera ultima fefellit scribam; sine intervallo hae duae voces sunt scriptae διαμερίσατεάυτοῖς, sic!

18. γεννήματος) γενήματος, cum 25 aliis; adde Lamb. 30. 31. 32. 33. Koll. 4. 9. Forl. 15. Mt. 1. 2. in textum recepit; Harw. edidit.

19. τὸ σῶμα) τὸ τὸ σῶμα, το alterum est in fine lineae 10, alterum initio sequentis.

24. φιλονεικία) φιλονικία cum Lamb. 31. Koll. 9.

29. διατίθεμαι) διατίθομαι, solus.

30. ἐσθίητε) ἐσθίετε — πίνητε) πίνετε, silent. — ἐν τῇ βασιλείᾳ μου) omittit cum 52 aliis; adde Lamb. 30. 32. Koll. (4.) 6. in rasura scriptum exhibet, 9. Forl. 15. Omissio Gr. 1. 2. non videtur probabilis. Bengel, Mt., Alter nihil mutarunt; Harw. edidit quoque lectionem vulgarem, at omisso μου. — καθίσησθε) καθίσεσθε cum 78 aliis; adde Lamb. 28. 29. (31.) 32. 33. Koll. (4.) 6. 9. Forl. 15. We. probat, Gr. 1. 2. non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit, Alter edidit καθήσεσθε, Harw. lectionem vulgarem. — ἐπὶ θρόνων) ἐπὶ δώδεκα θρόνους; a) δώδεκα cum We. D. 12. 29. 50. 59. 66. in ora, 71. 73. Bi. Urb. 2. Mt. 11. x. l, ubi insertum est; in quibus θρόνων. b) δώδεκα θρόνους tantum cum We. D; et Lamb. 31. habet θρόνους δώδεκα, vocibus

transpositis; notatum jam a Birchio. Harwood edidit ἐπὶ δώδεκα θρόνους ex D.

31. σινιάσαι) συνιάσαι silent.

32. ἐκλείπῃ) ἐκλίπῃ, cum 33 aliis; adde Lamb. 28. 32. 33. Koll. 6. Forl. 15. quae lectio Bengelio minus firma videtur, Gr. 2. eam non spernit, Mt. 1. 2. in textum recepit, Harw. edidit.

33. πορεύεσθαι) πορεύεσθε, cum Kn. b.

34. ἀπαρνήσῃ) ἀπαρνήσει, cum Lamb. 31, sed super ει prima manus scripsit η — εἰδέναι) ἰδέναι, cum Mt. c; in Lamb. 31. εἰδένε, confusione vocalium.

35. οὐδενός) μὴ θενός, sic! οὐθενός est in codicibus multis.

36. πωλησάτω) πωλήσει, cum 93 aliis; adde Lamb. 28. (31.) Koll. 4. Forl. 15. Mt. 1. 2. in textum recepit, Harw. edidit. — ἀγορασάτω) ἀγοράσει, cum 98 aliis; adde Lamb. 28. (31.) Koll. 4. 9. Forl. 15. qui ἀγοράσῃ habet confusione vocalium. Mt. 1. 2. in textum recepit ἀγοράσει.

37. τοῦτο το) omittit τὸ, cum We. A.

44. ὡσεὶ) ὡς οἱ, sic! solus; sed non vitiose, si οἱ referatur ad θρόμβοι. ὡς est in We. D. solo, sine articulo, ex quo edidit Harwood. Caeterum silent omnes.

45. αὐτοῦ omittit cum 54 aliis; adde Lamb. 28. 29. 30. (31.) 32 33. Koll. 4. 6. 9. Forl.

15. Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt, Harw. non edidit; Alter edidit *τοὺς αὐτοῦ*. De hac lectione singulari codicis Lamb. 1. ab Altero editi, *τοὺς* ante *αὐτοῦ*, Mill, Bengel, We. Gr. Mt. silent.

47. *προήρχετο αὐτῶν*) *προήρχετο αὐτούς*. *αὐτοὺς* cum 86 aliis, quorum tamen viginti et plures exhibent *προῆγεν αὐτοὺς*; ad *προήρχετο αὐτοὺς* adde: Lamb. 28. 29. 30 32. Koll. 4. 6. Forl. 15. Sed in Lamb. (31.) 33 est quidem *αὐτοὺς* sed antecedente *προῆγεν*; in uno Vindob. Koll. 9. est *αὐτῶν*, antecedente *προσήρχετο*, de qua voce We. Bi. Gr. 1. Mt. plane silent. Alter et Gr. 2. ejus mentionem fecerunt. Lectionem codicis nostri *προήρχετο αὐτοὺς* probant Mill et We; in textum receperunt Bengel, Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. et Alter edidit ex Lamb. 1. Harw. edidit *προῆγεν αὐτοὺς* ex D. — *φιλῆσαι*) *φιλῆσας*, silent — *αὐτὸν*) addit *τοῦτο γὰρ σημεῖον δεδώκει αὐτοῖς. ὃν ἂν φιλήσω αὐτός ἐστι*, cum 45 aliis; adde Forl. 15. (Lamb. 31. et Koll. 6. a manu recentiori jam notavit Birch). Alter edidit hoc additamentum ex Lamb. 1. quod insertum videtur ex Marc. 14, 44.

49. *ἐσόμενον*) *ἐσώμενον*, silent. — *πατάξομεν*) *πατάξωμεν*, cum We. G. H. 71. 90. Ev. 6.

19. Bi. Vat. 360. Havn. 2. Mt. c; adde Koll. 9.

52. ἐπ αὐτὸν) πρὸς αὐτὸν, cum 34 aliis; adde Koll. 6. a manu recentiore.

53. ὄντος) ὄντως — ἀλλ') ἀλλά. Sic edidit Alter, et ex uno tantum Vindob., Koll. 4. notavit ἀλλ', inde concludendum, reliquos Vindobb. Lamb. 28. 29. 30. 31. 32. 33. Koll. 6. 9. Forl. 15. exhibere textus sui lectionem ἀλλά. We. Bi. Gr. Mt. silent.

54. ἠκολούθει) ἠκολούθη cum Koll. 9.

56. εἶπε) εἶπεν, cum Lamb. 30. a pr. manu, eraso ν. — οὗτος) οὕτως.

59. διαστάσης) διαστάσεις, cum Lamb. 33. — ἐστιν) ἐστι.

60. ὁ ἀλέκτωρ) omittit ὁ cum 51 aliis; adde Lamb. 29. 30. 32. Koll. 6. 9. Forl. 15. Beng. Gr. 1. 2. Mt. 1. 2. ejecerunt ὁ ex textu; Harw. non edidit.

61. ἀπαρνήσῃ με τρίς) ἀπαρνήσει με τρεῖς, cum Koll. 9.

63. ἐνέπαιζον) ἐνέπεζον, cum uno, Mt. 17, in quo vero loco sequentis αὐτῷ est αὐτὸν.

64. αὐτὸν posterius) αὐτοῦ, silent. — προφήτευσον) addit ἡμῖν, cum We. 106. Bi. Vat. 360. Mt. r; adde Lamb. 28. 30. 33. Alter edidit προφήτευσον ἡμῖν χριστε — παίσας σε) πείσ σασαι, sic! in Koll. 9 est παίσσας σε.

66. ἡμέρα) ἡ ἡμέρα, — τε omittit cum 34

